Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Summa de casibus poenitentiae

https://hdl.handle.net/1874/325701

Band gerepariend
Juni 1962

Sūi· Reymūdi cū apparatu·

Aevum medium.
Scriptores ecclesiast.
No. 247

Kas. I
Pl. M. No. 10

Hs.
1 M 16

T. 627

627 *(Eccl. 247, antea 293a.) Membr. 4°. 219 ff., initial. pictis et deaur. Saec. XIV.*

Raimundus de Pennaforte, Summae de casibus poenitentialibus ll. IV cum apparatu.

Fol. 1a. Incipit summa remondi de casibus. Quoniam ut ait Jeronimus, cet. (In margine:) Ait Jeronimus de pe(nitentia) cet. Fol. 219a (in fine) ... corrigat et emendet.

n°. 254. a.

nunc

N°. 293. A.

Incipit summa Raimondi de casibus.

Quoniam ut ait Ieronimus. Secunda post naufragium tabula est culpam simpliciter confiteri, ne imperitia ministrantis preciosam tablam sub nigri contingat aliquantulum naufragantes. Ego Raimundus frater ordinis predicatorum minimus, immo inutilis servus, ad honorem domini nostri Ihesu Christi et gloriose virginis matris eius et beate Katherine presentem summulam ex diversis auctoritatibus et maiorum meorum dictis diligenti studio compilavi. Ut si quando fratres ordinis nostri vel alii circa iudicium animarum in foro penitentiali forsitan dubitaverint, per ipsius exercicium tam in consiliis quam in iudiciis questiones multas et casus varios et difficiles ac perplexos valeant enodare. Hoc autem non presumens de viribus propriis attemptare quia nullus sunt, presertim cum nec velle nec nolle habeam, set sperans firmiter totaliter in bono obediencie atque in summi clementia salvatoris qui facit mirabilia magna solus. Distinguitur autem per tres particulas. Prima agit de criminibus que principaliter et directe committuntur in deum. Secunda de hiis que in proximum. Tercia de ministris, irregularitatibus et irregularitatibus et impedimentis ordinandorum, dispensationibus, purgationibus, sententiis, penitentiis et remissionibus. Modus agendi est talis. Singulis particulis premittuntur rubrice ad ipsas pertinentes particulas. In qualibet rubrica tractatur primo de materia rubrice prout planius potui ponendo utilia et necessaria et vitando superflua. Secundo ponuntur diverse questiones et casus. Tertio subiunguntur notule varie ad rubrice naturam spectantes non ambiguam set veram et certam summam continentes. Unde lector michi precor esto benivolus et affectum meum considerans, lingua toricata non mordeas. Utilia soli deo attribuas. Et si qua minus utilia invenientur, caritas vel librum mendosum vel te non intelligere vel a me preter propositum incerte in serta cogitationis ceritate fraterna corrigas et emendes.

De symonia. Ne prelati vices suas sub annuo censu concedant.

De magistris et ne aliquid a sibi commissis exigant pro licentia docendi. Et ne exiga

Ait Ieronimus de pe. di. i. c. ii. Secunda tabula. Tabula hic dicitur improprie penitentia. Que sicut nauta naue fracta adherendo alicui tabule evadit maris periculum, ita et hi qui peccaverunt in deum evadere per baptismum vel penitentiam. Prima dicitur tabula ante illam baptismi. Cum libertas si fuit amissa per peccatum, non restat remedium nisi per penitentiam que est secunda tabula ad evadendum peccati naufragium. Simpliciter, id est sine palliatione excusationis. Naufragantes, id est peccati naufragium passos. Aliquantulum, id est ex proprio peccatis quibus alia a peccato circumstantia indiscreti confessoris impericie. Luc. xvii. Katherine. De ista virgine fac invenies similiter forte plures. Defectum quod refertur ad ca. foro. Forum cum neutrale dicitur, venalium. Forum masculine causarum, ut extra de verborum significatione. Forus est quandam virum lectus. Exercitium, id est frequentem usum non perfunctoriam inspectionem. Velle nec nolle, quia regularis erat magister. Distinguitur. Supple hec summula vel hoc opus. Notule varie. Ubi dicitur illud in summa nota et certa. Mendosum. Dicit Augustinus. ix. d. Michi aliud existimo quam vel mendosum esse codicem vel non esse assecutum

aliquis pro licentia eundi
ad scolas.
De iudeis et sarra-
cenis et paganis et
eorum servis.
De hereticis et fau-
toribus eorum et ordina-
tis ab eis et negligen-
tia prelatorum.
De scismaticis et
ordinatis ab eis.
De apostatis et a
cultu religionis relinquentibus
tonsuram et clericatum
vel male
servientibus in ecclesia pre-
bendaria.
De voto et votorum
transgressoribus et re-
demptoribus et qui
vovere possunt et
de conversis coniuga-
torum et de hiis ordi-
nandis vel non.
De iuramento et pe-
riurio.
De mendacio et ad-
ulatione.
De sortilegiis et
divinis et temptatoribus de illusionibus et sompniis.
De feriis et festis diebus et ieiuniis.
De sacrilegiis.
De immunitate ecclesiarum cymiteriorum
et rerum ad ipsas pertinentium et privilegiis
earum. et de alienatione rerum ecclesiasticarum quando
liceat fieri. et edificatione ecclesiarum et rehedificatione earum.
De decimis primitiis et oblationibus.

Quoniam inter crimina ecclesiastica symoniaca heresis obtinet primum locum ut i. q. i. videndum est primo quid sit symonia. Et unde dicatur. Quibus modis committitur. Et qua pena symoniacus puniatur. Et erga ipsum dispensatio fiat. Ultimo de quibusdam dubitabilibus supponemus. Symonia est studiosa cupiditas vel voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale vel spirituali adnexum. Spirituale est ut i. q. i. Spirituali adnexum spirituale est. i. q. iii. Si quis obiecerit. Videtur tamen quod debeat addi- / huius non pronat per se vendi. Ola est

interpretem quod dominum est vel me minime intelligere non ambiguam. Et loquitur ibi de canonicis scripturis.

Crimina ecclesiastica. Crimina ecclesiastica sunt quorum examinatio sive cognitio et sententia pertinet ad ecclesiasticum iudicem ut symonia. heresis. apostasia. sacrilegium. periurium. Transgressio votorum et similia. Sicut secularia appellantur crimina quorum cognitio pertinet ad iudicem secularem. ut homicidium. furtum et similia. Symoniaca heresis. Quare vocatur symoniaca heresis cum aliquis emit vel vendit ordinem vel beneficium est hereticus? Respondeo. Quedam sunt inseparabilia et de iure et de facto. ut fides spes caritas et cetere virtutes et spiritus sanctus et dona eiusdem scilicet donum prophetie et potestas faciendi miracula. Quedam autem sunt separabilia de iure set non de facto. ut beneficia ecclesie. que etiam de iure vendi non possunt. licet de facto quandoque vendantur. Quantum ergo ad illos symoniacos qui talia vendi posse de iure absque peccato credunt. aut virtutes aut spiritum sanctum aut predicta dona eiusdem de iure vel de facto vendi posse dicuntur symoniaci heretici. ad minus large et symonia dicitur heresis. Sicut hereticus large dicitur qui credit contra ecclesiam contra asserere (?) fornicationem vel adulterium non esse peccatum. vel symoniaci dicuntur heretici propter primitivos symonis magi discipulos qui ut ait ... dicitur ... christianos colebant tamen picturam et ymaginem symonis magi et cuiusdam mulieris que dicebatur seleuca (?) socia turpitudinis eius quam prius in prostibulo reperit apud tyrum urbem phenicis. et eis incensum odorum et sacrificia et libamina offerebant. sicut legitur in ecclesiastica hystoria. lib. ii. xiii. c. Preterea ideo et maxime vel potius quia omnis infidelitas sub qua continetur symonia heresis dicitur in primo mandato decalogi. Extra. xv. xxxii. q. vii. Ex quibus patet quod symoniaci dicuntur primi et precipue heretici et quod cetera crimina ad comparationem symoniace heresis quasi pro nichilo reputantur. Studiosa.

I

ad nexũ spũli. Extra de iure patronatus de iure. Sed illud dr̃ id q̃ illud spũale .s. ius patronat⁹ cadit i pacionem laici. plur̃ h̃ distinctio l' descriptio .s. q. i. Quod studium. Videtur tñ q̃ sola intentio uel uolũtas z ñ studiosa seu declarata faciat symoniacũ sic z usurariũ. ut i luc. Date mutuũ nichil inde sperantes. Extra de usur. Consuluit. Ad h' distinguo cũ Ray. z aliis. Q'dam sũt symoniaci quo ad deũ. ut qui emũt sacramenta z h' q' i ueri. no. qz de restitutione symoniaca dicitur. i istis sufficit sola uolũtas. Q'dam sũt symoniaci q' probata. s. q' p' exstitutionem ecclesie tñ sũt symoniaci. ut cum q's renũciat ecclie illa cõdicione l' pacto ut det' nepoti suo. uel alii. z i talibus Non sufficit sola uoluntas. Simi

Id est ad actum exteriorem pgressiua. Et quis obiecerit. Ibi dr̃ q' sicut consecratus uendi nõ potest. ep'ta nec res que ex consecratione proueniunt. ut ecc'a plenda. Q'a quis eas alienum uend' sũ quo nec alterum pueit. neuter in uenditũ delinquit. Et ibi consecratio ponitur p ordine. Ad nexũ spũali. Q'a sed quodda' ius patronatus nõ est spũale. set ad nexũ. De iure. Ubi dr̃ q' icõueniens est z inonestũ ius patronat⁹ uendi q' ẽ spũali adnexũ. Set illud scilicet ius patronat⁹ adnexũ ẽ spũali tñ z ñ spũale. Cadit i pactum. Id est pot' cõpetere laico. Set q' ẽ h' rõ q' id ius patronat⁹ ẽ adnexũ spũali z ñ spũale q' pot' cõpetere laico. R'. Q'da' dicũt q' nullũ ius mere spũale pot' cõpetere laico. Et q' ius patronat⁹ potest cõpetere laico. ñ ẽ mere spũale. s; adnexũ. Et s'm hanc opinionem soluit hic magr̃. Veri dicas q' spũale quandoq' large. quandoq' stricte accipitur. Stricte s'm q' spũale appellat' illud donũ quo habetur sps̃. s. ut uirtus gratũ faciens. uel q' datur ut sacramentum. l' q' h'ri significat. ut dona p'phie z potestas faciendi miracula. Large accipitur p' q' a spũali ñ sol' p'cedit. uel ñ q' q'dam p'cedũt ex sacramento. ut i p'cipiendis decimas z obla'ones q' s' ex sacramento ordinis. z i illud q' annecti' ad spũale. ut i patronat⁹ q' annect' ad p'sentationem s' ad aliq' cõem l' p'bendam. z h' eo res sac' instituta ad celebrationem sacramentorum z aliorum diuinorum. ut calix z cet'. Quãdo adnexũ spũali quandoq' stricte sumit' ut appellet' illud solũ q' ẽ i illo q' h'r sacramentũ ordinis. ut i p'cipiendi decimas z obla'ones. Quãdoq' large ut cõprehendat illud q' annectit ad id i spũale. large sũpto uocabulo spũali. ut ius patronat⁹ q' annectit ad p'sentationem ut dictũ ẽ. Dicẽdũ q' ius patronatus ñ ẽ spũale. stricte sũpto uocabulo ñ adnexũ spũali. s; large. Dic' z q' aliq' i spũale l' ad nexũ spũali large sũpto uocabulo pot' cõpetere laico. ut ius patronat⁹. Set i p'cipiendi decimas uel obla'ones ei nõ cõpetit. set illi soli qui habet ordinem ecclesiasticũ. uel ei q' h'r auctoritatẽ a clericis talia p'cipiendi. sic̃ sũt q'dã regulares z templarii z sil'es. Quod studium donũ dei p'cio mercari i sac' ordine ulla rõne p'maneat aut teneatur posse dubiũ nõ est. Consuluit. Ibi d' q' intentio recipiendi aliq' ex mutuo ultra sortem licet ñ sit in pactum deducta. reũ facit accipientem. et debet inducti ad restitutionẽ dñ. Non sufficit sola uolũtas. Q'ritur ad q' sufficit sola uolũtas i p'mo casu z nõ i s'cdo. Di ad faciend' reum. eod' m' sufficiat ad faciend' reũ i s'cdo casu uolũtas renũciandi b'ficio ad op⁹ nepotis ex pacto. si sufficit i p' casũ uolũtas ad i'troducẽdũ irregularitatem. Simi est h'. Extra e. Audiatis. R'. In p'mo quando large accipit' ut cõprehendat uolũtatem emẽdi uel uendendi aliq' spũale uel cõtrahendi s'c eo. licet ñ p'grediat' ad aliq' actũ exteriorem. Dic' mechia large appellatur cõcupiscentia mulieris. Iuxta illud. Qui uidit

procedat in actum. ut extra de offi. dele. ex parte
.ii. Item nomine ecclesie cum dicitur intelligas om
ne beneficium non gratuitum preter contractum permuta
tionis. Unde qui sic tenuerit quod permutatio dignita
tum vel prebendarum vel aliorum beneficiorum ecclesiasticorum
non potest fieri auctoritate privata absque periculo symonie.
sicut nec transactio. extra de transac. Super eo.
et c. ultimo. extra tamen si causam inspexerit necessariam
potest ex officio suo transferre personas et facere per
mutationem. extra de rerum permu. Quesitum. et c.
ultimo. Quesitum ad presentem autem potest fieri permu
tatio ecclesiarum et aliorum beneficiorum dummodo fiat auc
toritate superioris et nullum temporale interveniat.
extra de rerum permu. ad questiones. Si forte altera ha
bundaret multum in redditibus temporalibus alia
parum. Que talis nimis habundans posset tenen
tem alteri certam pecunie quantitatem. Ita quod
temporale pro temporali daretur et contractus nullo modo nisi
servetur. ut in illa ad questiones. Dicitur autem sy
monia a symone mago primo eius inventore vel sceleris
auctore qui voluit emere gratiam spiritus sancti a sancto
petro. sicut et giezi invenitur et voluit ven
dere gratiam spiritus sancti sanitatis naaman syro. Unde
semper venditor spiritualium dicitur giezita. Emptor
vero symoniacus a symone. utrique tamen vere
symoniacus dicitur. Committitur symonia tribus
modis ut dicit Gregorius super illum locum ysa. beatus
qui excutit manus suas ab omni munere.

Nota in eo quod sit contractum.

Nota in textu [illegible] symoniacum et giezitam.

mulierem ad corrumpendum eam. etc. Quinque solent
appellari. Sed quod diffinitur eam auctor premissis. sic.
Symonia est spiritualium acceptio vel collatio non gratuita
Quoniam solet sic accipi. Sed quod symonia est pactio spiri
tualis pro spiritualia danda vel accipienda vel facienda. Item duplex
est actus. scilicet actus emendi vel vendendi spiritualia vel
actus renunciandi beneficio ad opus alterius et actus paciscendi
[illegible] talibus. Unde patet quod illius que phisica sit quod symo
niaca sufficiat voluntas ad introducendum peccatum
licet in limitibus suis [illegible] perveniat ad actum emendi vel
vendendi sive paciscendi. Sed non sufficit ad in
troducendum irregularitatem si non progrediatur ad
actum paciscendi. Item illud autem quod sive symonia quod phisica
non sufficit ad introducendum peccatum voluntas renunciandi
beneficio ad opus alterius et si progrediatur ad actum
renunciandi nisi progrediatur ad actum paciscendi. Et
non est peccatum alicui si renunciat beneficio ad opus alterius
dummodo tamen dignus sit dummodo tamen pactum non intercedat. Sed
procedat in actum. Sed dico renunciandi scilicet paciscendi
contractum. Contractum est ultro citroque obligatio. Quod contractum per
tum dicitur pacto. sicut patet extra de rerum permuta.
Quesitum. Transactio. Transactio est de re dubia et
lite incerta neque finita non gratuita pactio. Ut symonia
etsi sit quod fiat inter se pactum vel innuitur sic. Tu
facies pro posse tuo quod ego habeam beneficium tuum.
et ego quod tu meum. tunc uterque potest [illegible] intra
mare voluntatem suam. Item. scilicet. Libenter esset in
ecclesia tua. etc. Et ego significare. [illegible] co. Ibi dicitur
super de sacra litigiosa transigi non potest. licet posse
sit inter partes amicabiliter componi. Contingit tamen quandam que locum habent in talibus transactio scilicet
cum est ad aliquid de ipsa re sacra litigiosa ex pacto promittitur vel conceditur. Extra [illegible] cum quis ad
extra rem litigiosam promittitur. ut si litigetur super ecclesia promittatur pecunia procedente lite. Ergo
[illegible] neutram transactionem credo in talibus esse admittendas. necessariam vel utilem. quesitum. Unde
quod ex pacto permutationem in spiritualibus sed non potest. licet episcopus de officio suo ex causa possit transferre personas
[illegible]. ut ba. De decretali illa. ad questiones. Non quod [illegible] ecclesia habundans in possessionibus temporalibus aut reddi
tibus permutatur cum alia ecclesia minus in talibus habundante et fit recompensatio pecunie ut perveniat
ad equalitatem permutationis duplex est ibi contractus. Unus permutationis. alius recompensationis. Dicitur fieri

I

Non dicatur solum munus a manu. Contra ab obsequio munere. Aliud est enim munus a manu, aliud ab obsequio. Aliud a lingua. Munus a manu pecunia est. Munus ab obsequio est famulatus indebite impensus. Munus a lingua favor. i. q. i. Sunt nulli. Item sciendum quod symoniaca dicitur ordinatio alia ex parte ordinatoris tantum. Alia ex parte ordinati tantum. Alia ex parte utriusque. Alia ex neutrius parte, que est cum utroque ignorante. Amicus ordinati dat vel promittit consiliario episcopi. i. q. i. Statuimus. Contra quia a symoniacis. Item quibus casibus licet dare vel accipere aliquid pro spiritualibus. Porro sine casus in quibus licite pro spiritualibus datur munus quandoque a manu, quandoque ab officio obsequio, quandoque aliquid munus a manu potest dari in his casibus. Primus si gratis observatur. Non pro spirituali. i. q. i. Sicut visibilis. Contra et dubitetur utrum gratis vel ex pactione vel corrupta voluntate datum sit, tunc maxime attendenda est dantis et recipientis qualitas, videlicet an a paupere diti vel econtra. Sed adiunctae locupleti. Munus quantitas si magna vel minor sit. Pretium rei date existat, et donationis tempus, an scilicet instante necessitate, seu alio tempore conferatur. Et secundum hoc est habenda presumptio. Ibi pro vel contra. Extra. eodem. Etsi questiones. Secundus casus est pro operibus spiritualibus, ad que non tenetur ex officio. xii. q. ii. Caritatem. Tertius est pro quibusdam operibus spiritualibus debitis, puta cum consecrat episcopus ecclesiam vel visitat ecclesiarum potest exigere procurationem moderatam. Extra. de cs. Cum sit Romana. x. q. iii. Relatum. Extra. de pres. Cum ex officii. Tertius

recepturus non premium pro munere spirituali, et non pro sola recompensatione possessionum temporalium dicentur contrahentes nusquam ad invicem. Et nota quod hic permutatio ecclesiarum pro ecclesiis licitum non habet in ecclesia quia non habet nisi usumfructum ecclesiarum et hoc ad vitam suam tantum. Sed inter ecclesiasticas personas quibus permutatis talia ecclesiarum in perpetuum est concessa. Symon. Actuum viii. capitulum. Sed donum gratuitum, videlicet quod ad impositionem manuum ei daretur spiritus sanctus visibili signo. Giezi. iiii. Re. v. capitulum. Sanitatis. Id est sanitatem gratis datam per Heliseum. Et nota quod cum Giezi symoniaci fuerint nec legimus pactum aliquod fecisse. Certaminis quidam dicunt symoniam non esse sine expressa pactione. Ex. xxxiii. Contra quia symoniaci. Ibi dicitur quod ordinati a symoniacis non symoniace si ignorantiam plurime possunt misericordie sordes tollantur. Non pro spirituali. Non dicitur quod hec prepositio pro quandoque notat appreciationem seu commutationem et similibus. Unde circa dictum est quod temporale detur pro spirituali vel econtra. Quandoque notat causam efficientem quandoque finalem. Cum igitur aliquis eum recipit sacramentum aliquod conferentem dat aliquod temporale et dicitur iste dedit denarium pro sacramento vel aliud. Si hec prepositio pro notat appreciationem illa est. Contra non notat causam finalem ut sit sensus iste dedit denarium pro sacramento. i. propter venerationem sacramenti sui per venerandum sacramentum licite potest hoc sic et econtra. Si notet causam efficientem ut sit sensus dedit pro sacramento. Id est pro devotione quam habuit ad sacramentum licite potest si econtra quia devotio quam habuit ad sacramentum licite potest eum movere ad dandum ad [illegible]

recipiendum sacramenti. Nec quod invisibil. Ibi dicitur quod pro baptizandis, confirmandis, ordinandis percipia que vel prima suscipienda non sunt nisi voluntarie oblata. Caritatem. Ibi dicitur quod visitatores ecclesiarum recipere debent subsidium aliquod pro labore suo quia dignus est operarius illo sequitur stipendium qui pro temporali suum commodum dat et recipiunt obsequium. Cum sit Romana. Ibi dicitur quod episcopus pro consecratione ecclesie potest exigere moderatam procurationem. Cum ex officii. Ibi dicitur quod procurationem tempore visitationis debet. Non quod in illis duobus casibus. i. q. i. iii. Et dicit quod pro operibus spiritualibus ad temporale datum

Non recipit vel tempore in his casibus licet dare vel accipere aliquid pro spiritualibus

pro vita eterna et peccatorum remissione. ut ex.
In dan. iiij. peccata tua ele. redime.
Quintus pro redimenda vexatione que di-
ui fit iniuste super iure spirituali. extra de sy-
mo. sic. i. et ap. Reconiuter que quam die-
mali est. Sextum munus ab obsequio distin-
guitur. quia aut est corporale aut spirituale. In primo
casu si obsequium est honestum potest. ut si episcopus
Romam pergat. vel sequatur aliquem episcopum vel ec-
clesie servitiis et honestis diu tamen sit perfecte. Si
inhonestum non potest ut. d. G. pre. Sexto mu-
nus ab obsequio est. Similiter Inaccepte ipsum
si spirituale non debet fieri tale obsequium pro bene-
ficio vel alio spirituali dando. nec enim tale simoniace impendi
potest beneficio. Ut G. Aliter plene de hoc est supra
hoc eodem versu ut quicumque habentes curam constitute
debitam missam. extra de ples. Significati.
In spiritualibus autem aliquid corporale da-
tur. puta. calicem. ornamentis et aliis. Di-
cunt quidam quod non est simonia. nisi inveniatur
prohibitum. ut legitur extra de institutionibus et et ante vel
adeo benedictio. i. q. i. placuit. penult. et ult.
demum statutum. extra eodem. Ad nostram.
Item munus a lingua distinguitur ab his tamen
tali aliis. Aut eligitur et ordinatur quod sint
probabiles aut alienus. Item primo casu quando
sic dignus est simonia. viij. q. i. In scriptis.
i. q. i. Ordinationes. Item secundo cum aut ille
probos sunt carnales aut spirituales. Si car-
nales et sunt pro indigno. simonia est. i.
q. i. de ordinatoribus. Dicentes pres successurum Leo papa. i. q. i. G.
Si nulli. Si vero sunt carnales pro digno. non committitur simonia.
dum tamen ordinator vel elector non habeat respectum ad preces. sed ad de-
um et merita persone. extra de eta. et qua. Cum nobis. i. q. i. Latorem. Alii sunt
qui distinguunt in hoc articulo dicentes quod licite potest quis petere pro se
ex verbo dicentis domino. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te.
quid ergo erit nobis. Ego diligo salvo meliori iudicio quod non

temporalibus

sit hoc pro se. sollicitat autem efficientem large ut
sit efficiente conplendum cum administrari-
solet cum sua qua non potest commode opera spiritualia
impendi. Et est sententia. Item datur pro operibus spiritualibus
atque temporalibus. id est administrationem illarum operum sine
quo administratio non possent commode expedi-
ri ante posse. Similiter si quis rogaret sa-
cerdotem quod celebraret ei missam et sacerdos non
haberet librum vel calicem diceret ei libenter cele-
brabo si ministraveris mihi librum et calicem non esset
simonia. et si diceret. Item ministrat sacerdoti libros
et calicem pro celebranda missa. hoc dico. pro non
noceret apparatorem seu administrationem.
Sed aut est quod datur patronus pro consecratione
ecclesie et non pro ordinationibus facti. datur cum
sit ibi labor vel. Episcopus potest ordinare clericum
et debet in sua ecclesia et sicuti potest hic expen-
sas de domo sua in qua habet victualia. Sed illa
victualia non potest commode ferre secum ad ali-
am ecclesiam. Ubi necesse est ei de victualibus pro-
videri alibi cum aliam consecrat aut visitat
ecclesiam. pro vita eterna et peccatorum remissione. Cum
non est hic simonia si cum mihi spiritualibus pro vita eter-
na et remissione peccatorum. Re. Sed cum esse datur (dantur) do-
na pauperibus tamen quod est simoniacum nulla potest committi si-
monia sicut committitur cum prelatis quod non sit clericum ser-
vitium dispensatores sacramentorum et aliorum spiritualium
quod vita eterna et remissio potest peccatorum eadem do-
nata et proponitur nobis venale a deo ex pacto ut
emamus a nobis mone-
ta dei que est affectus et
opus caritatis. sed non
sic est de spiritualibus que
conferuntur per ministros
ecclesie. si tamen constat ela-
pecium vite eterne in
est vel certe non in quantum

possit per se petere ecclesiam vel dignitatem vel aliud beneficium habens curam animarum. Adde ram. Et in hac sententia cum h. prima supradicta et est de iure proxima tis per nostras. Beneficium non simplex si indiget et scientia sed dignum potest petere absque metu peccati et c. nosce. Extra de re. iu. ad aures. Extra de preben. c. ij. et in hac sententia cum aliis. Quod si non indiget peccat ut patet per illa ad aures. et i. q. ij. clericos. xij. q. i. illi qui. Item nota quod sicut spiritualia non debent vendi vel emi.

daris. Sed in quantum fructus. id est in quantum precedit ex assumptione curatus. Arg. in peccata. t. reddit id est pecuniam debitam pro fructibus percipienda. Nota tamen quod non habens latum redemptor huius vexationis super iure spirituali nisi cum constat pro certo redimere in detinere suo. pro certa. id est pro negotio certo promisso. non pro certa solvi danda. Propter hunc laborem quod hoc esset symoniacum. obs. Sed cum hunc consuetudo obser quam honestum sit probabile et possessio ex pacto pro illud recipi pecunia ergo id est iudicandum quod de pecunia. Sed si daret pecuniam pro hunc beneficio esset symoniacum et cum pacto. Ergo et hic. R. Dicunt quidam quod licet dare prebendam principaliter pro deo et secundario pro futuro licito ut sic simul sit finis. Sed quod est quod non possent hi ordinari intentiones. Sed si dicatur quod ex dat prebendam propter remunerationem futuri et remunerat servitium propter deum prima intentio illicita est et primus finis. scilicet dare spirituale pro temporali servitio propter hoc dicunt alii quod cum dicitur iste dat prebendam pro futuro licito. hoc pro notat quod non notat causam finalem sed excitativam. Obsequium tale non debet esse causa finalis sed potest esse excitativa. Sed eadem ratione possem dare pecuniam episcopo ut pecunia non esset pretium sed excitativum episcopi ad dandam prebendam.

R. Illud obsequium non debet esse excitativum ad dandam prebendam sed ad cogitanda merita personae futuris obsequii. quae cogitatis danda est prebenda pro ipsis non pro ipso futuro. Sed sicut dicit cantor parisiensis. curie prelatorum prelatoria vel clericorum pecunia quae si dares episcopo ab aliquo non propter hoc cadet in vitium aut facultas proponitur sicut probatur per obsequium honestum impendere impensa obsequium quod ego intelligo inde impendi si impendatur pro spirituali beneficio huiusmodi principaliter secundum quod hoc pro. notat causam finalem non excitativam sic dictum est. Quod spiritualia. Pone iste sacerdos debet celebrare maiorem missam alius minorem. ex causa quod ad invicem quod iste celebrabit pro isto et ille pro illo. numquid est licitum. Cum sit permutatio obsequii spiritualis pro spirituali.

R. licitum est ex causa necessaria. Et quod dicitur ille impendit obsequium spirituale pro alio spirituali. hoc pro non notat causam finalem aut appreciationem sed admiculationem cum ille non possit cantare loco alterius nisi et iste cantet loco ipsius cum duas missas cantare non debeant. Significatum. Ibi dicitur quod data sunt prebenda cuidam ita quod missam de beata virgine cotidie deberet celebrare. per spiritualibus. largiter dicitur hic spiritualia. pro eo quod consecrata et deputata sunt ad hoc quod exerceant divina. Calice. nota quod calix consecratus vel non potest vendi ex causa certa in eadem forma reservato quae non potest vendi non conflata. x. q. ij. hoc ius porrectum. Dicunt quidam. Credo quod talia vendi non debent nisi causa sit in iure quod vendi possunt. Vel nec patrimonialis bona cum non aliquis beneficium cum per eius acceptionem divinitatis venalia vendi debent. Ad deum. Ibi dicitur quod pro crismate vel baptismo nichil exigatur. Ad nostram. Ibi dicitur quod pro exequiis mortuorum et benedictionibus nubentium et similibus nichil exigatur. preter tamen consuetudinem ter obseruentur. In septimis. Ibi dicitur sicut laicis regiminis desiderantibus est negandum sic fugientibus offerendum est. Ordinantes. Ibi dicitur quod non possunt intrare nisi pretio aut prabulis aut obsequio aliquem pro dono ordinant. De ordinatoribus. Ibi dicitur quod neque per domines per gratiam neque per favorabilis supplicationem promittendum est aliquos ordinari. Sed nullus. Ibi dicitur de illis qui propter humanam laudem vel gratiam ordinant aliquos quod de impenso officio sanctitatis munus expectant favoris. Quod si quis non potest petere. hoc opus videtur durum et tamen nec contrarium. Videtur quod beneficium huius curam animarum concessum possit aliquis petere pro se si dignus sit. Exemplo ysaie qui dicit. Ecce ego mitte me. Beneficium simplex id est sine cura animarum aut dignitate. Quod si non indiget. hoc tamen durum est et credo quod exquo aliquis promotus est ad sacros ordines cum sit ordinatus titulum ecclesiasticum requirat potest petere beneficium ecclesiasticum licet habundet temporalibus. Et inimici quod magis indiget

Nota quod sicut laicis regiminis desiderantibus est negandum etc.

Nota quod sit per simplex

ita nec redimi. Extra de symo. Ex relatione. Nec aliquo
dato vel retento vel promisso possideri. Si
cut probatur transigi. Extra de transac. Super eo.
Extra de pac. Cum pridem. i. q. ii. Quam pio. Circa hoc
tamen distinguunt quidam quia aut ante et post electionem vel
nominationem ordinationem petitur cautio. Quandoque ex iure
vel a plurium consuetudine. xxiii. di. Quorundam. Item
di. Qui scit. A superiore vero questione cautio peti potest.
dum tamen honesta. x. q. iii. Cumque. extra de elec.
Significasti. Alii dicunt quod ante electionem nulla
cautio vel pactio peti potest. et si prestatur symo
nia est quia videtur facere propter hoc ut eligatur.
viii. q. iii. Talia. Id est symonia ante electionem
sed innovatur post electionem. i. q. ii. Quam pio. et
in precedenti c. Talia. Sed post electionem bene potest
quia tunc nichil sperat ab eis dum tamen non fiat ex
precedenti pactione. viii. q. iii. Tali. A
iuniore non potest peti honesta cautio. et ante
et post electionem. xxviii. di. de syracusane.
et di. c. o presbiteri. et in hoc concordat cum primis
et hec ultima opinio magis placet.

Circa penam symoniaci distingue. quia
aut est symonia in ordine aut in beneficio. Si in
ordine non recipit executionem. sed est ipso
iure suspensus quo ad se et quo ad alios. sive
sit occultum sive manifestum. sicut et noto
rius fornicator. extra de symo. Tanta. et xx
xii. di. § Verum. Et sic intelligitur i. q. i. Reper
iuntur. et hoc quia caracterem habet furti
vum. Item punitur depositione ex quo infamia si
de crimine iudicio suo aliquo vel etiam per
inquisitionem vel denunciationem convincitur. xv.
q. iii. Sane. extra de accusa. Inquisitionis. Item
non potest repetere pecuniam quam dederit. non
quia alius bene acceperit. sed quia ille turpiter
dedit. xiiii. q. v. Non sane. Si vero est symo
nia quia contulit ordinem symoniace vel qua
dedit vel recepit beneficium symoniace vel fuit
mediator symonie si est occultum est suspen
sus ipso iure quo ad se tantum. sicut et qui cri
mine suo non tamen quo ad alios. Arg. extra e. Et si que
stionem de ... tue fraternitatis. Si vero mani
festum est ipso iure suspensus. extra e. accusatus
quod. xxxii. di. c. Nunc. Item qui recepit beneficium

ad probandum contrarium loquitur. Item statuit concilium ecclesie
que exiles redditus erant. et distribuebantur de facul
tatibus ecclesie pro ut cuique opus erat. Ita nec
redimi ab illo scilicet qui ius habet percipiendi. Ali
as posset redimi sicut redimuntur decime de manu
laicali ... Cautio. Id est nuda pro
missio sive collateralis interveniat ... aut ratione pig
noris aut fideiussoris. Cum et cautio dicitur in iure
sine adiectivo intelligitur est de nuda promissione.
Cum quando addit ydonea cautio vel ydonee cave
at intelligitur de cautione iuratoria pigneratic
ia fideiussoria. ... Item petere cautio. Intelli
ge ab illo qui eligitur vel ordinatur potius magis
personalem quam pluriorem vel potest per eligentes. A
superiore vero. id est per priorem quod est cautio sive tan
tum nuda promissio peti potest ab ordinato vel or
dinando electo vel eligendo. Alii dicunt et bene potest
peti ab illo qui eligendus est. potest etiam peti per
electores. A iuniore. id est per superiorem. Et ante et post.
in hoc quod dicit post. Bene dicunt. Dicere ideo quia non prelatus nec
alius potest exigere aliquam cautionem ab illo qui eligen
dus est ante electionem. et iura que introducuntur ad
contrarium loquuntur de iam electis non eligendis. Item
propter hanc cautionem hodie de consuetudine post confirma
tionem aut consecrationem episcoporum quam ante ... non
li exiguntur in ordine recepto. quo ad se et quo ad alios.
Magis suspensus est quo ad se et quo ad alios est etiam
suspensus per sententiam canonis vel hominis. propter quod suspen
sionem tenetur sic suspensus abstinere ab officio. et
illi qui hoc sciunt tenentur vitare illum quantum ad exe
cutionem illius officii. Si tamen aliquis occulte sit sus
pensus licet non per sententiam canonis quod scit ... si
non possit eum vitare sine scandalo non tenetur eum
vitare. Quo ad se quando tantum dicitur quis suspensus qui tenetur
ab officio abstinere non per sententiam canonis vel hominis sed
per simplicem prohibitionem ... sicut
sacerdos existens in peccato mortali tenetur abstinere
a celebratione. Si tamen celebraret non tenetur eum vi
tare in officio ... cuiuscumque alius ... si sci
ret ei peccatum. largo modo dicitur etiam suspensus quo ad ali
os et non quo ad se sicut peregrinus. Nam sacerdos peregri
nus si velit ex devotione celebrare privatim per
mittendus est. sed non debet permitti celebrare
plebi ex quo non est certum de eius ordinatione nisi habet

Notandum tamen sit ad dominum in cautione sine adiectivo et ydoneam cautionem.

Notandum de pena symoniaci.

Contra apparatum notandum quod sit quo ad se et quo ad alios suspensum esse.

Contra apparatum notandum quod quo ad se tantum suspensum esse.

Contra apparatum notandum de clerico peregrino.

quo ad se et quo ad alios

symoniace teneatur renunciare beneficio et restituere omnes
fructus perceptos et qui percipi potuissent. xiiii.
q. vi. Si res aliena. et c. extra de resti. spo. Frustra.
Similiter neque possidens sine titulo tenetur ad omnia
dispendia et lucra percepta et percipienda. ff. de rei
uen. Si nauis. ff. similiter. Io. et si habeat talem
titulum qui non pro titulo est habendus ut puta. Si
spiritualis et temporale contractus est. C. de agrico-
lis et cen. quamquam adm. ff. quod metus causa. Et si perceptis.
Et intellige fructus qui superfuerint deductis expen-
sis que fiunt querendorum, colligendorum et conseru-
andorum fructuum gratia. quia et deducuntur tam a
bone fidei quam a male fidei possessore. ff. de
pet. he. Si a pre. § mich. Item intelligo hic
fructibus quos non extra predam in futurum uel in v
tilitatem ecclesie seu in alios usus. Nam et quod locuple
tior factus est accessit ad negotia mea gerendi hic
contra me actionem non in id quod mihi abest quia improbe
ad negotia mea accessit. Set in quod ego locuple
tior factus sum. ut ff. de nego. ges. Si pupilli.
§ Sed et si quis. Item intelligo de illo qui sciente
et consentiente facta fuit symonia. uel statim cum sci
uit non renunciauit. ar. extra e. de symo. Si sce-
tus. et c. fi. Alias si esset bone fidei possessor te
neretur uel de consumptis seu de extantibus tantum. C.
de rei vendi. certum. Item hic de pena clericorum.
Laici autem debent excommunicari. i. q. i. Reperi-
untur. Si quis ex. Item quod de pecunia uel
possessione symoniace accepta. Cui restitue
tur. Ex hoc omnia debere restitui ecclesie in cuius in
iuriam data sunt a quocumque accepta fuerint
siue clerico siue laico siue principali siue mediatore
siue alio. extra e. c. veniens. G. non restituentur ei qui de
dit. Io. Quidam dicunt id dispensatione fuisse fac
tum. Alii dicunt quod assensio quod si relinqueret
seculo ille qui dederat pecuniam non erat resti
tuendum facienda ecclesie. ut dicunt Si quis transeat
ad religionem uel si iam erat religiosus per
de illo monasterio ad aliud debet restitui pecunia
simpliciter et possessiones saltem quo ad usumfruc
tum illi monasterio quod ingreditur. Vel sicut habet
omnis habeat et emolumentum et sic saluatur contrarium
ille. xvi. q. vi. De lapsis. xxvii. q. i. Si quis
rapuerit. Item secundum quosdam punitur

aliquam notitia de premissis. extra de cle. pereg. c. ult. Ex
his potest colligi talis distinctio quod quidam suspensi sunt
quo ad se et quo ad alios. ut symoniaci notorii et
fornicatores notorii et symoniace in ordine hic et alibi.
Quidam sunt suspensi quo ad se et non quo ad alios.
ut sacerdotes occulte peccantes. Alii quo ad alios et
non quo ad se. ut etiam peregrini ignoti. Excipitur. Ibi
et nomine anathematis ponitur pro suspensione. furtiuum.
large quod non intrauit per ostium. sed quod dicitur in euangelio. Io. x.
Qui non intrat et c. uel denunciatorem. Cum in denunciatore
non agitur nisi ad penam non credo quod probata symo
nia contra denunciatorem aliud deponi uel infamia
[illegible] cum probatur per accusatorem uel inquisitio
ne. Turpiter dedit. Et hic quod turpiter dat repetitio non com
petit. non tamen quo ad alios. quia aliqui non tenentur cum uideatur
et ipso iure sciant eum. Item de tempore. Supple scien
ter. Qua secus si ignorant. percipi potuisset a p
[illegible] diligentia. sine titulo. Titulus
appellatur hic iustum initium uel causa possidendi ut pro emptore
venditore donato et similia. Ex legum interdicto ut si quis
dolo uel metu inducat aliquem ad vendendum uel dandum
quod dicitur hic et donato uel venditore habetur pro non titulo.
Aut si quis vendat seruum sine gleba aut glebam
sine suo. quod inhibetur lex. Depositi actio. Id est actio re
stituendi siue tradendi sibi alio [illegible]. actionem ne
gotiorum gestorum. Actio autem est ius persequendi in iudicio
quod sibi debetur. Item intelligo quod ad percipiendos
et perceptos fructus tenetur symoniacus. Qui habuit
beneficium ecclesiasticum bone fidei possessor. puta ipso
nesciente commissa est symonia et omnia possedit bene
ficium. Set postmodum cum sciuit. statim renunciauit.
tenetur eius rei usufructu qui fuerint statim
ipso mortuo et redibit ad proprietatem. Est autem usus
fructus ius utendi fruendi rebus alienis salua
rerum substantia. ut puta. quando datur abbati et toti collegio
pecunia pro aliquo monachando uel canonicando.
uel aliquis clericus secularis ordinandus dat pecuniam
episcopo pro se ordinando uel beneficiando. Cui restitu
etur pecunia sic suscepta. Ber. Si abbas et totum
collegium est in culpa non debet pecunia remanere
penes illud monasterium. quia illa pecunia se fecit in
dignum. Set danda est pauperibus ad dispositionem
superioris. Si autem est possessio data non pecunia sicut
auctoritate superioris debet alii monasterio assignari. Vel

In apparatu non distinctione.

In appa. non quod turpiter dat non competit repetitio

In appa. non quod appellatur titulus

In appa. nota quid sit actio.

No quod dispensatio circa

pena depositionis et infamie. Quod si monachus in beneficio, sicut supradictum est de symoniaco in ordine. extra de accusa. inquisitionis. Ego tamen intelligo illud de depositione non ab ordine sed a beneficio, cum sine prelato in modum denunciationis vel inquisitionis. Sed si in modum accusationis deponitur ab ordine et beneficio sicut et ab aliis criminibus regulariter. ¶ Restat videre quomodo dispensatio fit circa symoniacum. Distingue circa ordinem quatuor casus in quibus prohibita est prorsus dispensatio. Unde Aug. Sive vis ordo datur seu in ipso recepto, sive ubi committitur fidei status ordo prestatur. Et si precedat vel utrique symon operatur. ut dispensetur contra irrita prorsus habetur. i. q. vii. Consuluisti mus. de. c. d. iiii. Eos qui venie. i. q. vii. convenientibus. viii. q. i. Ab excommunicatis. Alias dispensari potest in ordine a papa ex plenitudine potestatis, etiam cum illis quibus scientibus commissa est. extra e. Nobis. i. que extra symoniacos. ¶ Sed numquid episcopus potest dispensare cum talibus? Dicunt quidam indistincte quod non. Arg. extra de iudic. At si. Alii dicunt et melius quod si crimen nescientibus ordinatis perpetratum est postquam simpliciter renuntiaverint executioni ordinis potest episcopus dispensare. extra e. de symoniacis. Quod intelligo si non sit data pecunia ipsi episcopo. Nam si episcopo fuisset data non posset ipse dispensare propter turpitudinem suam sed solus papa. i. q. v. extra. Si quis nec. et q. v. penitentiam. Si vero non fuerit data episcopo sed collaterali episcopo ignorante, potest episcopus ipse dispensare. i. q. v. presentium. ¶ Dispensatio cum symoniacis in beneficiis fit quadrupliciter, scilicet parva, magna, maior, maxima. Parva ut habeat laicam communionem. Magna ut post penitentiam in alia ecclesia in suo ordine remaneat. Maior ut et remaneat in eadem sed in minoribus ordinibus. Maxima ut et in maioribus in eadem exequatur, non tamen habeat prelationem. i. q. v. c. i. ¶ Sed numquid cum illis potest episcopus dispensare? Dicunt quidam quod in nullo potest episcopus dispensare cum symoniaco. Arg. extra e. Nobis. ¶ Alii dicunt et hec assertio quod si ignorante

Symonia

prelatu illius principibus exigatur. Si autem non totum collegium esset in culpa, sed aliquis solus vel aliqui de collegio, delictum personale non debet redundare in dampnum ecclesie, unde possit pecunia illa sive possessio remanere penes illud monasterium, presertim cum in eius utilitatem data sit. Puta tamen quod illi qui sunt in culpa quam prius sed si aliquem excluderet a commodo illius pecunie vel possessionis. Unde si aliquis scolaris dat pecuniam pro habendo beneficio, pecunia illa debet refundi in utilitatem prebende vel ecclesie quam sic emit, ipso amoto ab illo beneficio. Nisi forte dedisset illam pecuniam alicui collegio secularium pro habenda ibi prebenda. In quo casu debet fieri de illa pecunia quod supradictum est de pecunia data abbati et monachis. ¶ Si vero aliquis dedit pecuniam pro habendo ordine, si ille qui dedit non habebat beneficium ecclesiasticum, illa pecunia debet cedere illi cathedrali ecclesie in cuius ignominiam data est. Si autem habebat beneficium ad cuius titulum debebat ordinari gratis, tunc si dedit pecuniam pro beneficio optinendo ab episcopo vel alio prelato collatione, cum utriusque ecclesie sit facta iniuria, scilicet ecclesie illius prelati et ecclesie vel prebende comparate, pecunia debet cedere partim in utilitatem illius et partim in utilitatem illius ecclesie. Deponitur ab ordine et beneficio. Prohibita ut quando scilicet de aliis (?) baptismo reiteratur, sive ignoranter sive scienter. Si tamen aliquis baptizatus probabiliter dubitans an fuit baptizatus ad cautelam se faciat baptizari, sed non absolute sed sub hac forma: Si non es baptizatus et cetera, non incurret aliquam irregularitatem. Evitatur. Item quando aliquis cum posset ordinari a catholico episcopo in odium ecclesie se facit ordinari ab heretico utique symoniaco. Item si symoniacus intelligatur ex parte ordinati quam ordinatoris. Arg. Item est in casibus aliis ab illis iiii. ar. ff. Credo tamen quod in illis potest dispensare papa. Sed quia longe difficilius et tardius dispensatur in illis iiii. quam in ceteris, ideo hic dicit magister cum talibus quorum ordines suscepit symoniace solus papa simpliciter vel successor illius episcopi aut alius ordinarius under illius quorum ordinatur (?) potest si habet beneficium vel domicilium in diocesi alterius episcopi. Hec etiam potest metropolitanus secundum magistrum. Laicam communionem. Id est que laicis datur in pascha vel aliis sollempnitatibus. Cum illis qui adepti sunt beneficium per symoniam. Set superior et etiam successor dispensare potest quam (?)

eo cui beneficium acquisitum symonia commissa;
potest episcopus dispensare et ut de novo conferatur
eidem beneficium cum ei pure ac simpliciter resi
gnaverit, quia tales symoniaci non sunt. extra. e. de sy
monia. Hoc autem intellige si episcopus similiter igno
raverit. Nam si scienter contulisset beneficium
tali non ipse sed superior posset dispensare. arg.
i. q. i. c. i. et extra. de cleri. excom. ministran. Tal
latus si sine. Quod si beneficiato sciente solus ipse
dispensare potest. extra. e. de regularibus. Item potest
dispensare cum illo qui sola ignorantia seu vo
luntate occultam commisit symoniam quia non
invenio sibi prohibitum. arg. extra. de sen. ex. super
symo(nia) pro condignam penitentiam liberatur ex to
to. arg. di. l. de hys non. ex eis expressum in decre
to. extra. e. mandato. Cum illo qui quidem ordinem vel
beneficium contulit symoniace vel fuit mediator, secun
dum tamen sit occultum et cum eo quidem extra casus expres
sus precessit in proximo nulla alias renunciente
cessione vel pacto. Item cum illo qui ordinem
recepit symoniace sine rite aute susceptis cum
eo qui recepit symoniace beneficium postquam resig
naverit in executione ordinum. Credo salvo meli
ori iudicio post legitimam penitentiam posse
episcopum suum si ab illo sit premissum ... Item in
metropolitanum debita discretione adhibita in
penitentiali iudicio dispensare per ... supra
proxime allegatum. Quid si sciret licet episcopo conferente eis
contulisse ordinem vel beneficium principaliter propter
obsequia sive precio
exhibitos a se vel alio
interpositis credo quod

liceat illi idem beneficium ut dicit quidam simpliciter esse
se dum illos potest dispensare quod talis symoniace habeat
aliud beneficium ecclesiam sive aut prebendam. Et ita videtur
sensisse Huguitio quod non ... super c. ... ii. q. i. In pri
mis quod clericus qui adeptus est ecclesiam per symoniam
et si non possit illam retinere de iure aliam tamen non
prohibetur habere. Credo autem quod nec in illo nec in alio beneficio
potest episcopus dispensare cum tali remanente in seculo. Et hoc
satis potest colligi ex his que dicit magister ... Cum enim dicit
quod solus papa in hoc casu potest dispensare nec distinguat
utrum in eodem beneficio vel alio intelligendum est quod in utroque. Et
et videtur notasse Tancredus extra. de sy. nob. ... et habe
ri potest per hoc quod dicit decretalis extra. e. quam symoniace. quod
regulares qui scienter ingrediuntur religionem vel reddituri sunt
per symoniam retrudendi sunt in arctius monasterium
ad agendam penitentiam. Sed et facilius dispensatur cum re
gularibus quam cum secularibus. Cum ergo non dispensetur cum
his regularibus quod remaneant in illis locis sed retrudan
tur alibi ad penitentiam multo fortius cum secularibus dispen
sandum non est in beneficio, nisi sit tale quod ibi videatur esse
locus penitentie. Sed tale non est ecclesia vel prebenda immo
potius locus honoris. Ergo non potest dispensari cum tali
in tali beneficio nisi per papam. Cessione vel pacto. Videtur
magister sentire quod si conditio vel pactum intercesserit
non possit simplex episcopus cum tali dispensare. Item
executione ordinum. Cum non distinguat magister hic inter
ordines susceptos ante beneficium receptum et post vi
detur sentire quod in executione utrorumque possit sim
plex episcopus dispensare quod planum est de illis ordinibus
quos non recepit ad titulum beneficii per symoniam adep
ti. Secus forte de illis quos suscepit ad titulum illius cum illos per quandam consequentiam
videatur habere per symoniam per illam regulam quisquis alterum eorum vendit
sine quo non reliquum provenit neutrum invenditum derelinquit. Sed quia favores sunt
ampliandi satis potest concedi quod episcopus in utroque possit dispensare cum non sit expresse prohibitus.
Videtur sentire magister quod cum tali symoniaco non possit episcopus dispensare ut recipiat ordines cum loquatur tamen
de dispensatione circa executionem ordinum non circa receptionem, quia videlicet quia cum facilius dispensetur in beneficio
quam in ordine non possit episcopus cum eo dispensare in beneficio recipiendo, probabile est quod nec in ordine suscipiendo
possit nisi intraret religionem. Item quo casu propter favorem religionis credo quod posset episcopus dis
pensare si occulta est symonia. Si autem manifesta vel diffamatus esset de illa non posset. Quid si
esset infamatus debet episcopus procedere ad inquisitionem vel purgationem indicendam. Diffamata est autem symo
nia occulta de qua non constat per sententiam vel confessionem in iure factam aut per rei evidentiam que nulla possit
tergiversatione celari. Metropolitanum. Quod non dispensabit archiepiscopus cum non sit ordinarius omnium nisi in causis
expressis in iure quorum iste non est unus. Item. Hoc intelligendum est quando archiepiscopus habet de consue
tudine recipere etiam confessionem subditos suffraganeorum quorum

Nota contra quod si beneficiato sciente commissa est symonia solus papa dispensare potest.

Nota contra extra de illo qui ordinem vel beneficium vel ordinem contulit symoniace etc.

[Margin: No quod fiet de monasteriis etc.]
[Margin: et postea possit eligi de nouo locis tamen mutatis ut]
[Margin: saltem]
[Margin: No si non aliqui in electione etc.]

Si erat indignus debat resignare quia tunc
successor hic loco pri. Alioquin si erat dignus
non tenetur sed debet penitere de ingressione
corrupta. i. q. i. sicut nulli. ex. de eta. et
quali. tuam ex. e. mandato. ¶ Quid fiet
de monasteriis in quibus plures monachi
uel regulares uel alii religiosi uel moniales
symoniace recepti sunt. dicas quod si exceptione pu-
re ac simpliciter debent renunciare. si sunt
subditi suis prelatis. Et si ipsis scientibus sunt
commissa et post consilium generale sine spe re-
stitutionis de suo monasterio repellantur. et ad
agendam perpetuam penitentiam sicut hic prepone in lo-
cis arctioris regule retrudende. Si vero ante consilium
et ipsis scientibus remote de monasteriis quam premi-
sit ingressi debent in aliis locis eiusdem or-
dinis collocari. Quod si commode non possit sine dis-
pendio in seculo euagentur debent recipi in
eisdem monasteriis dispensatiue de nouo mu-
tatis prioribus locis et inferioribus assignatis. ex.
e. dilectus et gen. quoniam symoniaca. Si autem ipsis ignoran-
tibus sive ante consilium sive post renuncient ut supra.
ex. e. ex insinuatione. ¶ Sed in primo casu si non
inueniatur arctior regula credo cum Jo. quod pre re-
nunciationem debet mutari in aliud monasterium eiusdem
regule. Quod si non potest commode fieri saltem tamen
ad episcopum. ar. lxxxi. di. valentinus et postea eligatur
de nouo ut supra et hic maxime ubi agit de pe-
nitentia. ¶ Sed credo quod cum talibus potest dis-
pensare in excommunicatione ut dictum est l. et ca-
pitulum dum tamen ipsi non fuerint participes symo-
niace sed cum pro hoc puniri debeant. ex. e. dilec-
tus non debent ex eo facto priuilegia optinere.
Immo uidentur amisisse potestatem eligendi
et alii qui non peccauerint acquisiuisse. ar. ex. de
elec. bone memorie. Si vero alicuius electionem
per symoniam eo ignorante ac tamen non
habente commissam contigerit reprobari.
¶ Nota quod episcopus redditus suos vel etiam potest ad firmam dare sub annuo censu dummodo tamen non sit ibi annexa iurisdictio spiritualis. Sed non potest recipere aliquid ab aliquo ut constituat eum prepositum vel yconomum vel vicedominum prepositurum tamen vel vestiarium temporalem cum iurisdictione temporali consueverunt episcopi dare ad firmam sicut et principes seculares. ¶ Syndicus id est advocatus vel ministratus. ¶ Mancipatus officio. ¶ Quod de monachis quod dant aliquid abbatibus suis pro hiis ut prelatentur simonia est. ¶ Sed si ibi est aliquid spirituale ut decime oblationes vel debitum celebrandi divina vel aliquid tale symonia est. sunt dare de rebus monasterii ut prelati sui aliunde. Sed quod hic dicitur pro notat approbationem vel expressionem sui principalem solum ut recipere datum est. ¶ Quod si det talis prelato suo pecuniam ne sustineat quod amoveatur a prelatu vel canonicus regularis ne amoveatur a cura parochialis ecclesie et ne revocetur ad monasterium. Simonia hoc et utrumque est symonia. Credo quod peccat et quod committitur symonia. Maxime si necessitas vel utilitas exigit quod tales amoveantur. Aut si consuetudo est quod ex causa ad voluntatem requisitionem abbatis tales curatos debeat amovere a parochialibus ecclesiis. Si autem sunt inutiles et obsequiis aut prebendis carnalibus fuerint prelatis ne amoverentur cum nec utilitas vel necessitas amotionem exigerent non esset corrupta intentio non credo quod peccaret. ¶ Ad idem de illo qui dat secundum alii pecuniam ut recipiatur ad serviendum pauperibus in hospitali vel ut recipiatur in leprosaria vel in elemosinaria vel aliam domum dei. ¶ Item quod de illo qui emit victum unius monachi ad totam vitam suam. Simonia est. ¶ Vel quia ad vitam aliquid spirituale annexum quod recipitur ad hospitale vel leprosariam vel aliquid tale symonia est. Si non est hic ad deum se promittat. Si autem non est coniunctum aliquid spirituale set recipitur ad hoc tamen ut serviat ibi vel ad tempus vel ad vitam suam vel ex causa vel alio officio non est symonia. Aliquid dare pro his licet alias autem sic dare et accipere pro talibus. Victum autem monachi emere symonia non est.

Nota iterum. di. xl. h. et b. quod in omni administratione rei ecclesie committitur symonia si emantur. Et nota glosa quam secuti in textu. Et non sic hoc etiam apparatum.

Nota in capitulo quicumque aliquid alicui aliquid ius spirituale concesserit in contextu, monachi emere simonia non est et cetera.

Ne prelati vices suas sub annuo censu concedant.

Dictum est de symonia in genere. Nunc videndum est de ipsa in specie. Reputatur enim symoniacum si prelatus vices suas sub annuo censu concedit. Extra hoc sic. Quoniam si archiepiscopus nec archidiaconus nec alius prelatus potest sub pretio vel annuo censu concedere alicui vices suas. id est prelationem vel iurisdictionem vel aliquod ius spirituale. extra. de. c. i. et ii. Cum ergo tale ius sit spirituale non est dubium pro eo dare vel accipere pecuniam symoniacam esse. ut. extra. ti. prox. c. Commititur. videtur contra. extra. de reg. v. constitutus. ubi iurisdictio sub annuo censu remittitur et confertur. Sed paria sunt remittere et conferre. extra. de symo. querelam et de aetate. cum ex eo. Ad hoc dic quod ibi remittitur censum temporalem pro temporalibus remissis vel remititur non pro receptione iurisdictionis set in signum subiectionis antique. Si tamen episcopus committeret alicui pure ac simpliciter vices suas si tali vicario constituto postea salarium non esset prestandum immo tenetur ad hoc. xii. q. ii. Caritatem.

Item redditus temporales possunt vendi ad tempus. extra. e. querelam. Set numquid pretio vendi possunt hii fructus temporales? Dicunt quidam quod non. quia contra legem videretur emptum ius spirituale propter connexitatem. i. q. iii. Si quis obiecerit. Vel distingue melius cum lau. utrum ab eo emantur qui confert beneficium an a beneficiato. In primo casu est symonia. in distinctione. Cum prox. ti. Extra. quid de episcopis. In secundo. Si enim a beneficiato pretio dum ipse venditor teneat beneficium non est symonia nec est prohibitum nec tamen honestum. et hoc ita intellige quod nichil spirituale intervenerit. extra. de pignoribus. c. ad questiones. Item debet ecclesia solvere aliquem censum in signum subiectionis episcopo suo. i. q. iii. Constitutum. Si autem laico vel ecclesiam

ubi

cum sit presbiter et tu per coniectas dicis laicus ordinarius sicut est officialis ... non hic tamen alicui iurisdictionem non committis symoniam si aliter prec... Ad. xii. q. ii. Caritatem. De hoc. Re. prox. ti. c. sicut ex sacerdotii. ... tal' presbiter impendit hinc officium gratis dat ei ex ... sicut dictum est. c. ti. prox. de magistris.

ex quo tales emptores non possunt aliquid spirituale. Non est tamen securum emere quia probabiliter dubitetur cuius melior sit conditio emptoris aut vendentis. Quid de decania cameraria vel contitoria i. officio prelatorum ... capitulariis? Sic que hic officia possunt vendi. Set large sumpto vocabulo symonie symonia est talia vendere sicut et talia officia spiritualia sunt large sumpto vocabulo. Si tamen alicui datum fuit officium hoc gratis si consuetudo est loci quod possit alium ponere loco suo et locare vel vendere vel ad firmam dare proventus illius officii vel etiam dotem dare pro filia ad vitam spiritualem dantis idem est symonia. Quid de sacerdote qui vendit officium portandi aquam benedictam per parochiam. Item. Si hic sacerdos de consuetudine per se vel per aliquem de familia sua non debet hoc officium exercere et proventus eius in suos usus convertere symonia est id officium vendere vel aliquid pro eo dato accipere large tamen sumpto vocabulo symonie et ad minus turpe lucrum est. Si autem de consuetudine est quod sacerdos hic possit retinere officium et per se vel per alium illud exercere et proventus recipere non est symonia. si officium illud committat ad firmam sicut et ecclesie quandoque dantur ad firmam. Hec est symoniacum large sumpto vocabulo symonie.

Tunc est symonia stricte sumpto vocabulo symonie. Pro eodem est differentiam inter istam opinionem et aliam non in largiori et strictiori nomine symonie non ... quod magis videtur hic excusare consuetudinem vendentium et ementium talia officia quod nichil habent spirituale annexum. Credo tamen quod si non sit symonia stricte prohibitum tamen est et illicitum talia vendere vel emere et consuetudo talis corruptela reputanda.

Dictum est supra e. ti. ad distinctionem supra. Si autem aliquis recipiat beneficium ab episcopo pro fructibus que provenerint ex illo beneficio tempore vacantis beneficii dando episcopo symonia esset. Si autem dominationem illicitam esset ex intuitu eius quod illi fructus retinentur ad tempus. Si autem laico vel clerico non est quod in talibus habeat locum locatio vel conductio si ... talis presbiter impendit hinc officium gratis dat ei ex pretio sicut dictum est. c. ti. prox. de magistris.

De magistris scolarum qui exigunt cum docendi.

Dicimus quod ... Et iusta

Prelati ... De magistris scolarum qui exigunt.

Dicimus quod aliqua spiritualia prohibentur acquiri sive videantur

Nota de officio prelati. de religiosis dominis. et extra. que

a. Nota de officio pro ... capitularii

Nota de officio portandi aquam benedictam. Nota in textu quia paria sunt remittere et conferre.

Nota in textu quod debet ecclesia solvere aliquem censum episcopo.

vel ille

de hiis que quasi aliud iustari hic. s. eo. magistris et tua de dol. Ex eo q tractatum fuit quidam ab eugenio pp. postea ab alex. in concil. lat. deinde ab innocent. in concil. generali q singule ecclesie cathedrales teneant singulos magistros liberalium artium ad minus gramatice. qui eiusdem ecclesiarum clericos et alios scolares pauperes gratis instruerent. et pro hoc aliquod competens beneficium eius in ecclesia prouideret. Adiecit etiam in sua constitutione dominus innocentius quod non solum fieret hoc in ecclesiis cathedralibus sed etiam in aliis quarum possent sufficere facultates. Item quod metropolitana ecclesia theologum magistrum habeat qui sacerdotes et alios in sacra pagina doceat et in hiis precipue informet que ad curam animarum spectare noscuntur. probantur hec. d. xxxvii. de quibusdam. et e. quin. et qualiter quod similis. Queritur utrum committat symoniam magister si exigat aliquid a pauperibus uel a clericis ecclesie a qua recipit beneficium. Resp. Cum et hoc sit spirituale et ex officio suo teneatur facere certum est ipsum exigere aliquid propter hoc symoniam esse. ex. de sy. sicut. In templo uendentes sunt qui hoc quod quibusdam in iure competit ad premium largiuntur. Cum eo concordat dec. i. q. iii. uenientes. Non solum propter eadem uerba dico symoniam committere magistrum qui festum de iure uel consuetudine colendum non uult concedere scolaribus colendum nisi pecunia sibi data, uel ex. diem non colendum concedit colendum pro pecunia. Sed nunquid ab aliis scolaribus qui nec sunt pauperes nec de eadem ecclesia poterit exigere salarium. Vel nunquid magister in scol. parisius uel bonon. potest licite facere collectam. videtur quod non, quia scientia donum dei est. unde non uendi potest. i. q. iii. non solum. immo potius deberet pecuniam contempnere exemplo socratis qui magnum pondus auri abiecit uidens se non posse uel uirtutes et diuicias possidere. xii. q. ii. Socrates. Item professores iuris et si honeste sponte oblata recipiant. tamen inhoneste petunt. ff. de uar. et ex. ord. cogni. l. i. §. Cum quidam. Nec obstat. Quod pro tempore prestat obsequium dicitur consequi beneficium. xii. q. ii. Caritatem. Item potest magister uendere doctrinam sicut et iurisperitus consilium. xiiii. q. v. non sane. Item Gratis potest docere et nichilominus pro expensis suis collectam facere. ut testis gratis testatur. et tamen recipit procurationem. iiii. q. iii. uenturis. Et episcopus gratis consecrat ecclesiam et recipit tamen procurationem ex. de sy. Cum sit. Solutio. dico cum Io. et Io. quod si sua non sufficiunt ei competenter et honeste potest licite exigere moderate. Alias nichil debet exigere. sed sponte oblata potius recipere. x. q. iii. precipimus. xii. q. i. expedit. Ecclesiasticarum rerum. xviii. d. de eulogiis. Quod de cancellario parisiensi uel bonon. et de magistris scolarium sed [illegible] alia non ecclesiarum qui cupiditate uel consuetudine longa noluerit docere aliquem dare licentiam docendi nisi aliquo sibi dato. Ad hoc

statutum fuit. hoc statutum et c. Statuta de duobus magistris male obseruantes. festum de iure colendum. sicut si in principaliter festum sit in aduentum uel sicut quod de iure uel consuetudine colitur. colendum propter pecuniam. diem non colendum ut si festum alicuius minoris sancti concedat coli pro pecunia. Si autem pro dando pecuniam concedat magister scolaribus aliquo die festo cessare a lectionibus propter recreationem sicut fieri consueuit ab auctoribus turpe lucrum est. non tamen est symo. Scientia dei donum est quia datur a deo ad illuminandum intellectum ex qua res exspectat assensus a sensibus et est perfectio anime plus ualens quam totus mundus sicut et ipsa anima que est inextimabilis et ipsam uendere symonia est. Sunt alia iurisperitus consilium non ipsum cogitationem uendit sed operam et laborem suum. licite exigere. Quod intelligo quod potest in opinione sua ex propriis sumptibus et minuare quod liberius accipere si gratis dicerent. sed non debet exigere secundum quod exigere est ab

luto et toto iure. uel sic. ff. iii. de legat. Titia cum uissi. §. Titium. sic eodem q. de iure possunt eos de scol. expellere uel spolia eorum accipere si non uelint sponte persoluere. Sed postquam promiserint. promissa potest exigere. Quod uerbum duplex intelligatur de illis qui habent ab ecclesia stipendium pro regendis scolis. De illis qui non habent stipendium licet alias sint diuites. eod. quod non

tu
capitulo
Nota in textu quod
scientia est specialiter
hoc ex ipsam
uendere est simoniacum et sic alioquin
dolensem.

tu
Nota in capitulo dicta
in magistro qui habere
debet ab ecclesia
stipendium et non
habentes.

dico quod nec magister qui petit licentiam debet aliquid
dare vel promittere. nec aliquis sibi debet
aliquid exigere. Si autem hoc factum fuerit, debent exa
ctores dignitatibus officiis ac beneficiis
ecclesiasticis spoliari. extra e. c. i. ii. et iii. Et licet
ex utraque parte turpitudo versetur. et ideo
videtur potior conditio possidentis. ff. de condi.
ob. tur. c. l. iii. tamen subvenitur hic
magistro promittenti vel solventi ut pro
missum remittatur. et quod solvit sibi. appel
latione non obstante aliqua consuetudine
restituatur. vel in favorem studii scolasticorum
articulus. extra e. c. prohibeas. quanto. Quid de
episcopo qui clerico suo noluit dare licentiam re
gendi ad scolas nisi certa conditione prestita. Respondeo
cum Jo. stricte non est symonia. sed turpe lucrum.
Arg. i. q. iii. videntes. Item summa. Nota quod in
omnibus supradictis nomine precii venit totum quod ha
betur homines in terra sive mobile sive immobile
intelligitur. ut. i. q. iii. totum. Gl. Item talibus
symoniis etiam cum contrictis et de penitentibus
posse per episcopum dispensari. quod non est dubium per
hoc quod sufficit. ut j. de elect. c. per predecessorem.

Cetimus de hiis qui Christum secum per symoniam blasphemant. sive de hiis agitur qui male colendo deum inhonorant ut sunt iudei saraceni et heretici. Dicit plus de iudeis et saracenis et eorum servis. Videamus ergo qui dicantur iudei. et unde. Quod saraceni. et unde. Qui sunt invitandi ad fidem. et qualiter sunt per christianos tractandi. Deinde videri quid iuris sit de eorum servis tam filio vel filiis nolentibus christianorum pauca et de christianorum servis ad iudeos gentes. Iudei dicuntur qui legem mosaycam ad litteram tenent et circumcidendo. et alia legalia faciendo. Dicuntur iudei a nomine dignioris tribus. scilicet tribu iude patriarche. que inter tribus alias bellicosior principatum atque in bellis et regis privilegium obtinebat. scilicet ut de ea sola tribu crearetur rex. sicut ex tribu levi sacerdotes. Proprie dicebantur hebrei ab heber. Cuius familia cultum tenuit unius dei ceteris ydolatria fedatis.

Saraceni dicuntur qui nec novum nec vetus receperunt testamentum. Qui non ab agar ancilla abrahe de qua eorum fuit origo agarenos vocari voluerunt. sed potius a sara eius uxore et libera se saracenos appellaverunt. Sunt tamen inter saracenos quidam qui receperunt v. libros moysi sed prophetas respuerunt. hii dicuntur samaritani a samaria

De iudeis et sarracenis et eorum servis. Rubrica.

certitur laborare et diviteres auditores vel velint eis modicum dare. Quod tamen debet recipere non pro sua scientia sed pro labore. Dedit vel aliquid dare vel promittere. Quid si aliquis obtenta licentia regendi fecit expensas in prandiis vel aliis et similibus aliquem substitutum potest recepturus ab eo expensas aut paciscatur cum eo de certa portione emolumenti si forte velit aliis rebus operam dare. Respondeo si consuetudo loci est quod possit alium substituere potest recipere expensas factas pro magisterio dummodo vices eius ille doceat. licet quod habet eandem potestatem alii committere. Si autem totum in alium transferret in illum non debet quod ab eo accipere quod pro licentia. Sicut sicut cellarius qui dat scolas quibus substitutus docet loco eius. Credo quod non debet paciscatur cum eo de certa portione emolumenti presidia sui labore suo cum non lucratus est exceptum. nec est simile de tractandis ecclesias ad firmam. quia hic beneficia dantur clericis pro titulo et sustentatione vite. Turpe lucrum. Credo tamen quod symonia esset si pro pecunia daretur licentiam de qua non est concesso dandi. extra e. c. super quadam. Nec et si per alio tempore ab illo qui magistro recipere peculiam quam dandam licentiam si habet respectum principaliter ad absolvendum eum ad tempus vel ad in perpetuum a spirituali officio quod debet censeri symonia etc. Si autem ad moram studio faciendam turpe lucrum esset et non symonia. Item per hoc quod datum potest repetere concedit quod non est in turpitudine cum recipientis tantum. Nomine precii nunc quod dare de vel proinde solvatur. Talibus quod cum symoniacis in ordine vel beneficio sunt quod distinctio. ff. ri. de sy. Sed potest extra dispensare quia scitur est quod in omnibus symoniacis talibus in minoribus petatur dispensatio ab episcopis dal te ad cautelam. licet forte non omnis symonia generet irregularitatem. Et dicendum videtur aquinum et pa nem benedictum.

Cetimus de hiis et cetera. et ibi.

Glossa in ap. q. dicit: Credo quod principes quorum sunt servi iudei possunt eis auferre parvulos filios absque omni iniuria et eos offerre ad baptismum.

civitate, et ideo quia Apostolus respuit observantias(?) legalium, communicantur(?) pro conversatione iudei samaritanis. Item debent sicut ait Gregorius tam iudei quam saraceni non auctoritatibus duris sed blandimentis potius quam asperitatibus ad fidem christianam de novo suscipiendam provocari, non autem compelli, quia coacta servitia non placent Deo, xlv di. Qui sincera. Et dicit concilium Toletanum, ut e. d. de iudeis. Si tamen coacti conditionaliter, puta per minas vel per terrorem suarum ablationem rerum vel verbera vel aliam similem coactionem susceperint aliqui sacramentum baptismi et postea recesserint a via fidei, sunt compellendi redire ne nomen Domini blasphemetur et fides quam susceperunt vilis ac contemptibilis habeatur, ut xlv di. De iudeis, et conditionaliter coacti. Secus dico quod si absolute coacti essent, puta quod contradicentes cum violentia trahentur et super eos funderetur aqua non consentientes, non reciperent characterem baptismi, extra de bap. et eius effectu, Maiores. Item omnes christiani debent se habere christiane(?) quia secundum quosdam non debent comedere cum iudeis nec habitare, nec recipere eos ad convivia sua, xxviii q. i. Nullus omnino. Cum saracenis tamen possumus manducare, xi q. iii. Ad mensam. Ratio diversitatis est quia iudei prava intelligentia scripturarum et contemptu sacramentorum nostrorum magis fidem nostram impugnant.

Quales cum iudeis debent se habere christiani.

... disputationibus(?). Item nec possunt eis auferri filii ad baptizandum. Sed multi non debent invite non consentientes compelli baptizari, nec etiam parvuli per illos qui non sunt domini eorum. Sed si veri domini sunt iudei sicut et filios suos sicut et ecclesia(?), ut extra e. de iudeis, xxviii q. viii. dispar. Et gen. ix. Maledictus Chanaan, servus sit fratrum suorum. Credo quod principes quorum servi sunt iudei possunt eis auferre parvulos filios absque iniuria. Quia illi et filii eorum non habent potestatem tamquam servi. Et sicut iidem principes possent eosdem parvulos tamquam mancipia sua aliis dare vel vendere vel in servitute cuiuslibet(?) ponere(?), ita possent eos offerre ad baptismum, cum hij mercenarii(?) dominorum(?) tamen si facerent hij qui compellendos hij in penitere ad fidem, sed qui salvandos parvulos pro fidei sacramento ad suscipiendum sufficiat quod non sunt aetatis(?) dicere contrariae voluntatis. Hodie iudaizant saraceni, et quosdam alios dissolvendo tempore committant(?). Sic videlicet quod sedant(?) apud eos xl dies et xl aut solvunt statuta ieiunia. Et sic id est cum itur ad eos ad praedicandum intelligitur et bene. Possit quis de salonico(?) vesci cum protestatione quod non comederet ad venerationem idoli. Ad eis, id est per manus eorum emptas vel confectas per eos possent et ab eis recipere pro fideles(?). Item nullus iudeus. Hoc tamen quod ad hoc de clericis sola(?) loquuntur decretalis; hec magis videtur extendere ad omnes. Credo tamen quod si sit clericus sive laicus ...

Glossa in ap. q. dicit: Credo tamen quod si sive sit clericus sive laicus ...

lii. c. Lau. Jo. et multi sequaces domini doctoris dicunt eo melius quod sicut christiani non debent cum iudeis facere supradicta, ita nec cum saraceno. Quia et saracenum hodie iudaizant. Et eadem causa prohibitionis et idem periculum utrobique. Excipitur tamen casus in quo licite possumus vesci cibis qui nobis a paganis apponuntur: hoc tamen cum modestia et gratiarum actione servata, temporum qualitate, videlicet si contingeret nos vel alios in terram eorum intrare ad praedicandum eis fidem Christi, ex. e. Quod sit laudabile. Et sic intelligitur xi q. iii. Ad mensam, et hoc nisi esset eis cautum quod illud esset idolis immolatum. Tunc enim sicut ait Augustinus satius esset mori fame quam vesci idolatitio, xxxii q. iiii. Sicut satius. Quod intelligitur quidam si vesceretur ad venerationem idoli. Alii in summa necessitate quod tamen posset quis idolatitio vesci, quia necessitas non habet legem, de cons. di. v. Item christiani non debent in suis infirmitatibus vocare iudeos nec ab eis accipere medicinas, nec se in eisdem balneis cum eis balneare, xxviii q. i. Nullus omnino. Item non debent permitti habere super christianos seculares dignitates vel officia publica ne in christianos occasionem habeant saeviendi, di. liiii. Nulla. Item nullus iudeo vel pagano potest aliquo

De iudeis et sarracenis et eorum servis.

relinquere in testamento. Et si fecerit etiam post mortem iudi-
cibus anathema. extra de here. Si quis episcopus. xxiiij. q. ij. sane in-
Item. Non debent permitti iudei novas erigere synago-
gas. set antiquas reficere. dum tamen non ampliores vel preciosiores
solito. et illos ritus et sollempnitates servare sunt permittendi.
extra e. Iudei. et consuluit. Item In diebus lamentationis ac domi-
nice passionis non debent permitti aperire fenestras vel prodire in
publicum. Compellendi sunt etiam talem habitum vel signum de-
ferre in omni provincia et omni tempore quo manifeste ab aliis populis di-
stinguantur. extra e. In nonnullis. Item. cogendi sunt sol-
vere ecclesiis decimas prediales. extra de deci. de terris. Item Iudei
baptismum postulantes debent .xl. diebus in penitentia et abstinen-
tia probari. de con. d. iiij. Iudei abstr. Item. Cognati christi-
anorum testes recipere contra se. extra de testi. Iudei. Item. potest
quis tales attrahere ad fidem promissionibus et muneribus
eorum per graviorem exactionem pensionum faciendam
in principio locationis. xxiij. q. iiij. de homo. et q. vi. Iam
vero. Item. Sarracenis arma et alia subsidia quibus nos
impugnare possint mittere prohibemur. De heret. Ita quorundam. de
sen. excom. Quod utraque excommunicato. Ad hec cum quis defecerit. Item.
Si iudei vel sarraceni ad fidem se converterint christianam
a possessionibus suis nullatenus excludantur. extra e. Iudei. ij. G.
Transgressores omnium harum constitutionum ab illo. G. certa
puniuntur hoc modo. Si clerici sunt admoniti satisfacere no-
lunt. debent privari officio et beneficio. Si laici sunt et principes
cum nolint exequi sunt alii qui aliquod opponunt impedimentum
debent si admoniti non satisfecerint excommunicari. Item sunt
iudei vel sarraceni tamdiu se christianorum ab illorum commercio
et communione sub pena etiam excommunicationis districte
sinacte sunt removendi. Item nutrices et pedisequas

laicus si clericus vel re-
gularis aliquis talibus
in maximis sanguinis ad
dicendum quod ad sinceri-
tatem exterius vel mutu-
ari vel necessitati non est
puniendus. Constitutio si fecerit
anathema inodiabis. i.
anathematizabis. lamen-
tationis. Et legitur
lamentationes Jeremie dum
pascha instat. De pro-
dire vel lamentationis for-
te cum lamentatur ecclesia
pro aliquo infortunio vel
adversitate communi. pro-
missionibus et mune-
ribus. Item. christiani debent
nullus mutuis ad
fidem trahere. j. q. ij.
quod pro. Item. ad fi-
dem non ad religionem
est aliquis trahendus
et promissa danda
post fidem receptam
vel ingressum religi-
onis ex pacto. pro si
quis sicut ubi vel bap-
tizari non timet pu-
pertatem sunt per annos
vel si quis desiderans in-

trare religionem si esset solutus a debitis aut si sciuisset pro aliquibus annos ut capitulo cum. Item ad
intelligenda que legentur in religione ab aliquo sciente eius propositum recipere pecuniam ut reddi-
tus sibi ad ipsam vel utatur a debitis aut reciperet ex pecunias in scolis. quantum ad sinistram
Cum tamen pro precio vel spirituali vel adminiculum tollendi impedimentum dare teneatur id vel reciperet
In principio locationis non ex post facto quia si liceret. prohibitum. Item Contra fraudem suam minoris
exactionis. a possessionibus suis. Item iudei cum sint servi non possident uxores. Item
ut precium. Vel possunt eis pungere pro dominis suos ad libitum non alii ad fidem. quantum
non debent. et hoc in favorem fidei. Item eas habeant per usuram. Item quo tamen debent eas restituere aut
pauperibus cum si de usura fuerit comparata. vel a quibus eas habuerint si sciantur vel eorum heredibus. Alii quam
possunt sic consulis tanquam pauperibus per episcopum assignari. Item nutrices. Item iudei nutrices
hi cum balneant parvulos iudeorum aut aliis personis licet illos clanculo baptizare. Item. Sic
dominus quod indistincte quod in articulo mortis parvulorum hoc fieri non peccaretur quod hoc faciunt. Alias
non licet. Et hoc ne apiatur via ad iniuriam sacramenti precibus dampnum si forte contingat

si penas tantum dictum hic expressas constitutionibus

diminuunt christianas et restituunt omnia bona sua. Illis qui de suo certi fidem elegerint christianam. Item donec in usus proprios christianorum sub providentia diocesani episcopi convertantur quae sumunt a christianis ad opus ecclesiae officii super christianos susceptis et officium cum pudore dimiserint quae irreverenter assumpserant et recepte. Et hec tamen de iudeis intelligas quam de paganis. Statuit insuper ecclesia illos iudeos publicas cedibus deputandos quae de infidelibus baptizatos subiciunt. Acceptaverunt et similes penas sed constitutiones etiam pecuniarias prout qualitas delicti exposcit. Sepe statuit ecclesia contra tales illa tamen moderatione adhibita in flagellis quod statutum eius in vindictam sanguinis transire minime videatur. Talis tamen pena indistincte relinquenda brachio seculari. Probatur omnis iste pene. xxviii. q. i. Deus iniquos. Extra e. Dicit et Si iudeos in fi. et quam. Cum sit nimis absurdum. Extra de bapto. Ju archiepiscopum. xxviii. q. iiii. Constituit. Patet ex premissis quod ecclesia iudicat de hiis qui foris sunt et infligit eis multiplices penas. Contra. Dicit apostolus ad cor. v. Quid enim mihi de hiis qui foris sunt iudicare. Solutio. Non potest ecclesia iudicare de hiis ut infligat eis penam spiritualem vel imponat religionis sue regulas, sed penas temporales potest eis infligere et etiam spiritualem indirecte removendo christianos ab eorum communione. Item ipse iudicat. Quid de hereditate restituenda conversis ad fidem. Conti. Extra. cum sint legitimi. eam. Dic quod illud facit pro ratione fidei quam susceperunt. Item. Cum dicatur Jo. Cultus legis ab adventu Christi non diffe ... ab perdolata. Et Origenes ... dicit quod iam secundum legem non possunt servire deo. xvi. q. vii. et hec est quod ecclesia dat eis auctoritatem peccandi mortaliter dum precipit eos non impediri ... suos servare. Item si peccant mortaliter. Cum quod non puniuntur dicitur pro aliis delictis. Ad hec dic quod ecclesia non dat eis auctoritatem peccandi, sed permittit sic sicut ait Gregorius. Quorum non potest de plano usque vinci ente pellas procul adversitas. Preterea. Si iudei ad hec prohiberentur vel ob hec prohiberentur temporaliter iam cogerentur ad fidem, quod fieri non debet ut supra dictum est. Restat videre de servis istorum. Servus quos iudei aut aliter christianus cultus, scilicet de propria ancilla natus aut empticius. Si non christianus ... fuit vel fieri velit christianus eripitur statim in libertatem nullo pretio dato. C. de episco. et c. domino. Si hiis ita. et ar. d. liiii. servitutem. Si vero empticius, sub distinguendo. Quia aut erat iam christianus cum fuit emptus aut paganus. Si christianus indistincte liber efficitur nullo pretio dato, quia christiani commercium est iudeis penitus vetitum. d. liiii. mancipia. Nulli etiam hereticorum impune possunt et dominos relinquere et ad ecclesiam confugere. c. de here. et mani. l. manicheos. Si autem sic emptus dum erat paganus aut causa servicii aut mercimonii. Item si post causam similiter christianus fit liber efficitur sine pretio. d. liiii. servitutem. Item secundum quosdam si infra tres menses non exposuit eum venalem postea si fieri vult christianus liberatur sine pretio, quia presumitur quod ad serviendum eum emerit. Si autem exposuit eum venalem infra tres menses et iste vult fieri christianus infra illud spatium vel et post. dum tamen

hic baptizatos conversi ad fidem in adulta etate. Item de christi filiis spiritualibus plus quam in temporalibus relinquitur expositis fauci[bus] luporum spiritualium. Id est iudeorum devorandi cum prius talium de vaintu laborare quam infideles et moribus instruantur. Item. Sic fiat quod utraque dicit que baptizati non debent aliis iudeis conversari aut conversari nisi forte in casibus exceptis. De suo titu. Id est iudaicas publicas cedibus. Id est flagellationibus vel verberibus. Item in vindictam sanguinis. Ar. quod verberes vel etiam non debent dare disciplinas usque ad effusionem sanguinis. Quod credo verum esse de effusione enormi.

Non textu statuit etiam ecclesia et certa

puniretur
non de servis iudeorum et hereticorum

steterit pro illa summa quo minus vendidit eum iustum aliud tem-
pus. Liberatur reddito pretio .xii. solidorum ab aliquo christiano. C. de
iudeis. l. mancipium. Extra e. c. i. et ii. Et hoc intellige nisi dominus eum
volentem ante dicerit se velle fieri christianum circumciderit. Vel
alicuius secte signaculum imprimeret. Tunc enim pro iniuria ipsi
corporis sui sine pretio liberatur. C. de iudeis. l. nulla. Quod dictum est de
servis iudeorum idem per omnia dicimus de servis sarracenorum cum lau-
et. Jo. et aliis multis. Hoc tamen discordat Vincentius paganorum ff.
Qui ait dicit et si fiunt christiani servire tenentur dominis paganis.
Paulus ad thimotheum. Quicumque servi sunt sub iugo etiam in-
fidelium dominos suos omni honore dignos arbitrentur. Et in epistola
ad ephe. Servi obedite dominis vestris carnalibus cum timore.
etiam infidelibus dicit glossa. Et sic paganus potest esse dominus chri-
stiani servi. Set aliud est in iudeis et iudeorum propter illorum perfidiam
et magis suspectam cohabitationem. Set primum magis placet.
Quia hodie eadem suspicio et demum paganum in utroque ut dixi s.
e. §. Circa. Permissio ergo apostoli ad primitivam ecclesiam
est referenda. Vel loquitur cum ecclesie debuit ad eos causa
predicationis. ut. di. e. § circa. Cuius monete erunt xii. sol.
supradicti. Dicunt quidam quod solidus pro aureo. Inst. de te. te. ite.
§. ult. Alii quibus assentio quod cuius monete que ibi habe-
tur in usu. ff. de lege. iii. §. summus. Set numquid erit iste servus
redimentis. Non. Set restituet ei pretium. et erit liber.
Inst. de noxalibus actionibus. §. summo. Vel si non habet pre-
cium operas ostendit vel serviat ei aliquanto tempore ad arbitrium
boni viri. Arg. xxxvi. q. i. De raptoribus. Vel v. an. ad instar
eius qui redemptus est ab hostibus. C. de captivis et postliminio. l. Ex
lege. ult. Et hoc nisi causa pietatis a christiano emeretur. Tunc enim non
teneretur aliquid reddere nec servire. Quia quod pietate datur
penitus ne repetatur. Quod semper presumitur nisi quis contrarium
sibi protestatus. ff. de neg. ges. l. sup. fi. l. Et si quis. §. si redi-
Quid de christiano si aliquid potest emere vel habere iude-
um vel paganum in mancipium. Utique. xxviii. q. viii. Dispen.

Constituta de pena temere litigantium. Tale est titulum tale. Constitutum de noxiis actionibus. Alius titulus. Et est noxalis actio quam competit contra dominum servi pro noxali dampno quod intulit aliis servus ille vel pro dampno dato ab aliis. De captivis et postliminio reversis. Alius titulus et est postliminium in sua iura amissorum omnimoda restauratio. Et est ius quo competente hiis que restituuntur de captivitate per quod restauratur eis omnia bona eorum que vel capta fuerant vel precepta ab aliis. Ista ex integro quasi semper fuissent presentes et ea possedissent. Et singulariter in iure quod presentes fuissent et quasi post liminium redierunt ad domos suas. Ubi tamen de consuetudine Cathalanie. Tamen aliam hi per consuetudinem.

Extra e. et si iudeorum. Ubi dicitur quod iudei servi sunt christianorum. Non tamen debet cum eo mo-
rari. Ita quod illum habeat familiarem. xxviii. q. i. Sepe malus. Sed quid si voluerit il-
le fieri christianus. potest. Nec debet eum dominus prohibere nec potest. Iam est servo-
cacio omni favendum colunt. xix. q. ii. Due sunt. et aliis. Si infidelis discedat. di. et c.
Set numquid post baptismum remanebit servus domini sui. Utique. Servitus enim de
iure divino introducta est. Unde in genesi. Maledictus chanaam. Servus erit fratrum
suorum. Et per ius gentium approbata. ut di. i. Ius gentium. Et iure canonico
confirmata. xii. q. ii. Ecclesiarum servos. Ubi tamen de consuetudine bona nec etiam
christiani sunt ut in cathalonia. consulerem quod dominus in remissionem peccatorum suorum
manumitteret eum. vel saltem ne dominus dampnificaretur nimis. optatum
peteret etiam si non haberet aliunde quo se redimeret ad arbitrium boni viri.

Nota in capitulo quid sit noxalis actio.
Nota in textu de servis sarracenorum.

Nota in capitulo quid sit postliminium. Et unde dicatur.

Nota in textu. Quid de christiano etc.

Nota quod servitus de iure divino introducta est et causa.

xi. xij. q. ij. Cum redemptor. Ex. e. de cap. & p̄s. li. te. le. ult.

Pone q̄ iudei acciperent aliquā parochiam emendo possid. & do(mi)nos que si parochiani solebant inhabitari. Numquid poterit eccl(esi)a petere a iudeis quicquid solite consueuerant xpiani. Resp. secundum omnes potest petere omnes decimas prediales & quicquid ratione predior(um) solebant percipere etiam oblationes et decimas personales. Ex. de deci. de terris. Ex. e. et si iudeos. Ex. de usur. quanto. quamuis plerique doctores noluerunt concedere quantum ad oblationes & decimas personales p(ro) honestate eccl(es)ie consuetam. Item. no. q(uod) licet xpianus non debeat seruire uel cohitare iudeis in eadem domo: tamen non prohibetur excolere predia iudeorum. ex. e. multorum.

Dictum est supra de iudeis. De hereticis et fautoribus eorum & ordinationibus hereticorum.

Dictum est sup(ra) de iudeis & paganis q(ui) per infidelitatem deum inhonorant. Nunc agendum est de hereticis qui a fide deuiantes in deum multipliciter peccant. Uideamus ergo quot modis dicatur hereticus. Qua pena feriatur. Qualiter ab heresi rediens recipiatur. Quatuor modis dicitur hereticus. Dicitur enim hereticus errans a fide. Unde sic diffinitur ab aug. Hereticus est qui falsam de fide opinionem uel gignit uel sequitur. Gignit ut heresiarcha. puta Arrius. Sabellius. Sequitur ut qui heresiarcham imitatur. uelut arrianus & sabellianus. xxiiij. q. iij. hereticus. Item. ut ait Jero. hereticus potest appellari licet ab eccl(es)ia non recesserit qui aliter intelligit scripturam q(uam) sensus spiritus sancti flagitat a quo scripta est. ut. xxiiij. q. iij. heresis. Item. dicitur hereticus a sacramentis eccl(es)ie uel a communione fidelium diuisus. ut est excommunicatus. iiij. q. i. Quod autem. Dicitur hereticus etiam peruersor sacramentorum. ut symoniacus qui uendit uel emit ecclesiastica sacramenta. i. q. i. Si quis per pecuniam. Hic uero percedimus secundum primam significationem. Punitur hereticus excommunicatione. depositione. rerum ablatione. et militari persecutione. Excommunicatione. quia hodie omnis hereticus siue occultus siue manifestus est ipso iure excommunicatus maiori excommunicatione. xxiiij. q. i. c. i. ij. ex. e. Ad abolendam. Depositione. Quia si conuictus fuerit siue laicus siue clericus. s(cilicet) p(atriarcha) & imperator uel quilibet inferior debet deponi ab omni dignitate. Ut. xl. di. si papa. xxiiij. q. i. Quod contra pacem. ex. e. Ad abolendam. Dampnati uero presentibus secularibus potestatibus aut eorum balliuis relinquuntur animaduersione debita puniendi. Clericis prius a suis ordinibus degradatis. nisi continuo post deprehensionem erroris sponte ac canonice recurrerint ad catholice fidei unitatem. Ex. e. Ad abolendam. et c. Excommunicamus. & in alia Excommunicamus. Si qui autem de predictis postquam fuerint deprehensi redire noluerint ad agendam condignam penitentiam sunt in perpetuo carcere detrudendi. ex. e. Excommunicamus. ij. §. Si qui. Ubi & subiungitur q(uod) credentes eorum erroribus heretici similiter iudicantur. Rerum ablatione quia bona eorum omnia debent confiscari eccl(es)ie cui deseruiebant si erant clerici. Item. Si erant laici eccl(es)ie temporali iurisdictione subiecti. Aliorum uero laicorum bona principibus. ex. e. uergentis. Excommunicamus. di. viij. Quo iure.

hereticus uel paruitatem dominorum suorum supplicium. Et eo q(uod) male faciunt. p(ro) honestate eccl(es)ie. Potest tamen distingui utrum hi iudei aliquid habeant de laboribus & industriis suis. & tunc hi personalia possunt ab eis recipi. aut nichil habeant nisi de usura. & tunc non sic habentium ab eis talia recipi. licet & si tamen non peccarent qui hec acciperent uel ad q(ua)ntitatem dampni q(uod) patitur eccl(es)ia per hoc q(uod) eccl(es)ia quam solebant a fidelibus inhabitari. Sed non potest aliquis dampnum ab eis usura uel raptore per incendium uel alio modo si recuperare ab eo dampnum suum licet fur aut raptor nichil haberet q(uod) non esset ex furto uel rapina acquisitum. Quod tamen non recipere pro dampno illo res furtiuas uel raptas in quantum.

Dictum est supra & c. infra. post deprehensionem erroris. Dicitur forte aliquis quare hi dicimus.

No. q(uod) quatuor modis dicitur hereticus.

No. qualiter puniatur hereticus.

I

militari persecutione. Quia si aliter non possunt ui manu armata et militari sunt ab eis bona omnia que iniuste occupata detinent auferenda. Nam ut plures presidentes et alii sancti et precipue aug. nullo iure possunt possidere. Non iure naturali. Quia secundum illud omnia communia sunt. di. i. ius naturale. Nec iure diuino. unde ipse dominus ait. Auferetur a uobis regnum et dabitur genti facienti fructus eius. Item. Labores impiorum iusti edent. Et sic omnia sunt iustorum. xxiii. q. vii. c. i. ii. iii. Nec iure humano. ut supra probatum est. et di. viii. quo iure. Set nunquid uiri catholici auctoritate propria possunt eos expoliare. uidetur quod sic. Ecclesia enim uidetur eis dare generaliter auctoritatem ut exterminent eos. Concedit etiam talibus privilegium quod accedentibus in terram sanctam subsidium est concessum. xxiii. q. v. di. w. extra. de hereticis. excommunicamus. et catholici uero. Et in decretis. Si audieris in una ex ciuitatibus etc. xxiii. q. v. Si audieris et quando viii. legi. et occidit ibi phyneos. Unde preterea satis uidetur tutum quod fiat ex principis edicto speciali. uel principis uel ecclesie. Nec aliter ex cupiditate uel uindicta propria quam ex iustitia uel obedientia pugnare uideantur. xxiii. q. i. quid culpatur. et q. ii. c. i. ii. et q. iii. Per disserentie. Quid si postea conuertantur ad fidem. nunquid restituentur sibi res ablate. Non. Non tenetur aliquis nisi sibi gratis uoluit misereri. extra. e. Vergentis in fine. Quid si habet filios catholicos uel alios consanguineos. nunquid illi saltem debent habere bona sua. uidetur quod sic. Quia ita dicit autentica. c. de hereticis. Sed de nestorianis. Sed cum innocentius argumentatur a minori de crimine lese maiestatis terrene ad crimen lese maiestatis celestis constituit quod filios eorundem a paternis bonis penitus excludendos. Unde sic quod in tribus criminibus filii excluduntur ab hereditate paterna. scilicet in crimine heresis. extra. e. Vergen. in fi. Et uidetur intelligendum cum pater publice predicat contra fidem catholicam uel publice profitetur. uel defendit errorem. uel coram prelato suo conuictus est uel confessus aut sententialiter condempnatus de heresi. extra. de V. sig. Super quibusdam. Item. In crimine lese maiestatis et secundum quosdam symonie. quod ei parificatur. An. q. i. c. Eum. xv. q. iii. Deinde Uin. ergo. Item. In interfectore clerici qui primas obtinet uel sito ecclesiastico. extra. de penis. ult. In quibusdam. et dicemus de homicidio. al. regulariter. Bona dampnatorum deuoluuntur. c. de bonis dampnatorum. Bona. Quid de uasallis hereticorum. teneas quod legem. extra. e. Ab solutos se nouerint a debito fidelitatis hominii et totius obsequii. Quicunque lapsis manifeste in heresim in aliquo pacto quacunque firmitate uallato tenebantur astricti. Puniuntur autem heretici ecclesiastici et laici aliis ii. Exceptis receptatoribus

erro. Aliud presbiter cum eadem ecclesiam. Aliud presbiter confessionem in ore facti. Aliud presbiter probationem testium uel instrumentorum. Et quod hic excepto in continuo intelligendum de depositione erroris. Quidam duos primos modos a liqui dixerunt etiam quod tertium modum. Quod consuetudo est aliter quod est optima legum interpres. Credo sic presumptio quod laicus deberet dependere etiam ficto. sed in tunc pertinere caneant errorem. aut defendant et sacerdotes reuerentiam sine uitium talium aliter de heresi deprehensum cum deprehendatur in flumine uel amne te furtiua aliquis secure capiat ad locum doctrinam. Hic ergo quod post talem deprehensionem transit ad catholice fidei unitatem. dum tamen hoc fiat continuo. id est aliquam cumque ad actum contrarium. uel si aut uoluit et obsuatur ab aliquo de consuetudine continuo. Id est in prima cessione iudicas. Id est prima die qua purgandus est causa. Ita ergo quod hec faciat heretice. Id est illa primo metum probationem et tractandum et cum omnia. Hoc est ita quod paratus sit heresim abiurare. et ad mandatum ecclesie perituro dicimus. De hiis icendie etiam scilicet. Nunquid filius sui de infectione perhabitur feodo ecclesiastico quod concedat

De secretis recte mentis ...

In textu. Nota quod in tribus criminibus filii excluduntur ab hereditate paterna et cetera.

Nota de heresi

Nota in textu quomodo puniuntur heretici in fautoribus suis.

ad heresim

defensores et fautores eorum sunt ipso iure excommunicati maiori
excommunicatione. Extra. e. Consuli. Excommunicamus. § Credentes. et excommunica
mus. ij. § Ite. Qui cumque tales postquam ab ecclesia fuerint denotati contem
pserint euitare anathematis se nouerint sententiam incurrisse. Extra.
e. Vergentis. § Ite. Qui postquam fuerit ab ecclesia excommunicatione nota
tus non satisfecerit infra annum ex tunc ipso iure factus est infamis.
Nec potest exercere aliquod legitimum officium. Et si sit iudex non ualebit
quicquid per ipsum factum uel datum fuerit. Nec potest facere testamentum.
nec ex testamento alterius aliquid capere. nec eligi nec eligere
ad officium uel dignitatem. Si uero clericus fuerit. ab omni officio et beneficio
suspendatur. Et si aliqui clerici talibus pestilentibus exhibuerint
ecclesiastica sacramenta uel tradiderint eos sepulture uel oblationes uel
similia uel elemosinas eorum receperint. debent priuari officio suo. ad quod
nunquam restituetur absque indulgentia sedis apostolice speciali. Et idem
est non obstante priuilegio in regularibus obseruandum. § Ite.
Qui fuerint sola suspicione notabiles nisi canonice se pur
gauerint. anathematis gladio feriantur. et usque ad satisfactionem
condignam ab omnibus euitentur. Ita quod si per annum in excommunica
tione perstiterint. extunc uelut heretici condempnentur. § Ite.
Moneantur seculi potestates et si necesse est per censuram ecclesias
ticam compellantur omnes hereticos ab ecclesia denotatos de
suis prouinciis bona fide pro uiribus suis exterminare. Et cum
de nouo eligitur in potestatem perpetuam seu temporalem debet
hoc ipsum iuramento firmare. Si uero propter suam negligentiam fu
erit excommunicatus et non satisfecerit infra annum debet significari et tunc
pape ut ipse omnes uassallos a fidelitate ipsius denunciet ab
solutos et terram exponat catholicis occupandam. et illi per
sis sic exponere uidetur a sua dignitate depriuat. Archiepiscopi
insuper et episcopi qui circa extirpandam de suis diocesibus hereticam praui
tatem negligentes fuerint et remissi cum id certis patebit in
diciis ab episcopali officio deponantur. Et in quorum locis alii debent
substitui. qui et uelint et possint hereticam confundere praui
tatem. hec omnia et multa alia contra tales probantur. extra. e. Ad
abolendam. Vergentis. Si aduersus nos terra consurgeret. et consti.
Excommunicamus. Ex premissis inter alia collige notabile quod iu
dex uel potestas secularis non solum propter
heresim suam sed etiam propter negligen
tiam circa heresim extirpandam potest non
solum excommunicari ab ecclesia sed et deponi. Et
extende hanc penam et eandem potestatem
quoscumque principes aliquos seculares fuerint inutiles
dissolute et negligentes circa regimen et iustitiam obseruandam. xv. q. vi.
Si quis deinceps. xi. q. i. Nullus. xxij. q. v. Preceptum. Unde
Zacharias papa deposuit Ludouicum regem Francorum predecessorem

de materna hereditate
datum pro se in dotem. § Ite.
Potest dici quod non uenit
contra non. il pater ex pacto
heres tenetur dotem. Aut
propter adulterium uxoris aut
alio iusto modo. § Ite.
Qui tales. id est credentes
et ecclesia. Denotati. id est
per sententiam excommunicationis
in ecclesia expressis nominibus
publicati. Vergentis. h.
solent contineri in textu
sed non est ibi nisi Nota
tus. hic est casus recepta
tores defensores et fautores
infra annum iacere sunt
legitimum quod continetur
est iudicium aut de officio
procuratoris. testis iu
dicis. tabellionis. tes
tandi. et eligendi. et
alia. Notabiles de he
resi. Excommunicamus per totum
principale. uel in illa con
stitutione. Excommunicamus.
Denunciet absolutos.
§ Nunquid autem hic tenuia
attendum statim cum fuerint
excommunicati erant ab
soluti. § Ite. Contra hic.
Absoluti erant ab ex
hibitione eorum quam exigit hic
fidelitas sed non ab ipsa
fidelitate sicut notatur
xv. q. vi. c. Nos sanctorum iu
ratorum. dignitate depriuat. hic non dicit in illa constitu
tione excommunicamus. Sed illud quod sequitur c. Archi
episcopi et c. deposuit. Eo quod tante potestati erat in
utilis ut ibi d. s. Tam. h. glo. tamen super illud
capitulum. Alius deposuit. id est
principibus deponentibus
consensit quibus consu
lerat quod eum deponerent

Nota quod excommunicentur seculi potestates etc.

Nota quod ecclesie potestate et priuatur et principes si sunt negligentes

I

pipini patris karoli. xv. q. vi. Alius. Et in auten. otthone imperatore. Et eis eo quod omnis christianus ratione peccati subicitur. de foro ecclesie. Unde dicitur ad prophetam. Ecce constitui te super gentes et regna ut evellas et destruas etc. et inductum super hoc disputat innocentius. extra. de iudic. Novit. Potest et ecclesia propter ipsorum iudicium negligentiam de illorum subditis iudicare. extra. de foro. compe. Et transmissa. Licet teneore. extra. xxiii. q. v. Administratores.

Redeuntes ab heresi debent recipi hoc modo quod ad arbitrium episcopi regionis abiurent errorem et promittant et firment quod perpetuo tempore tenebunt firmiter ad mandatum ecclesie fidem catholicam etiam publice vel privatim. sicut quod eam sunt publicam vel privatam. i. q. iiii. Quod quidam. Cum. ff. Alii. d. ii. Ego. b. extra. e. Ad abolendam.

Sed si post abiurationem erroris vel postquam ad arbitrium proprii antistitis se purgaverint deprehensi fuerint in abiuratam heresim recidisse seculari iudicio sine ulla penitus audientia relinquendi. extra. e. Ad abolendam. quod non audiet eos ecclesia quo nulli claudit gremium redeunti utique quo ad fidem et sacramenta. c. de summa tri. Inde clarat. de pe. di. iii. Adhuc instanter. Sed quo ad locum recuperandum non debent audiri ut supra dictum. Ad abolendam. Item si aliquando tales ad fidem de more redeunti communionem vel saltem dispensatione potuerint promoveri vel in susceptis ordinibus ab episcopis hereticis ministrare. Ad istius questionis intelligentiam. Nota quod quidam dixerunt quod episcopus hereticus qui recepit ultimam manus impositionem. id est ordinem episcopalem in ecclesia ordinem confert. sed non ordinis executionem. Si autem extra. nichil confert nec ordinem nec ordinis executionem quia nichil ibi erat. Arg. d. i. q. vii. Dubium. Sed hec opinio reprobatur. ix. q. i. ordinationes. i. q. vii. convenientibus. Dicas ergo cum lau. viii. Io. et aliis fere omnibus quod illi quos recipit ultimam manus impositionem in ecclesia sive extra. dum tamen formam ecclesie servet in ordinando in forma ecclesie sive ordinatus supra ordinem confert. sed non ordinis executionem et hoc sive scienter sive ignoranter aliquis ordinetur ab eo. Unde regulariter teneas quod episcopi et sacerdotes sive sint excommunicati sive heretici sive depositi dum conferunt sacramenta dummodo formam ecclesie vera conferunt. i. q. i. Quod quidam. declaravit. Nota non credamus. xxiii. d. Nam. et ap. de. c. d. iiii. Non est nobis. peccatum mortale. Et cum idolatrie committitur dantes sic indigne et suscipientes ab eis non forte baptismum in articulo necessitatis cum nec possent catholicum invenire. xxiiii. d. q. xiii. Quod dicitur. quod ab hereticis

alias sicut dicitur non ipsi sine consensu et auctoritate principis possent eum deponere. non principes sine consensu et auctoritate ipsius aut alterius iudicis ecclesiastici superioris non iudicaret. Ego autem credo quod papa et sine ipsis posset forte deponere sine principe auctoritate papa non propter crimen ecclesiasticum directe. Potest tamen si agatur denunciari contra hunc principem coram eo si non possit agi principaliter ut cedat regno potest ipsum compellere ad cedendum contra conscientie potest eum deponere. De foro ecclesie si agatur denuntiatione ad penitentiam. sine ulla spe. intelligo hoc cum post hanc abiurationem vel purgationem deprehendatur in heresi sive per facti evidentiam aut per confessionem propriam vel per testes. hoc quod eum non patitur ei non quod ad vitam nec quo ad bona. Secus autem si post deprehensionem occulte veniat et occulte se penitens veniat ad ecclesiam que recipit ei quo ad utrumque. Quo ad fidem. id est fidei instructionem si indigeat. Et sacramentum

nasterium dissolutum, monachos splen
dide comedere, bibere iocundos et cetera. Eligit
hunc ordinem. Bene possum sustinere. Ingre
ditur. Postea sit inquisitio in monasterio. Com
pelluntur ad regulam obseruandam. Iste di
cit. Non noui hanc asperitatem quam modo
uultis imponere. Nolo eam sustinere. Utrum
uere possit cogi. Uidetur quod non. Quia sicut
non potest quis cogi ad totum uotum, ita nec
ad uoti augmentum. Item quia id iuris est in
parte et in toto. Sed et ab initio non poterat co
gi ad totum. ff. de uotorum. xxxii. q.
i. Integritas. Ergo nec ad partem.
Item. licite potest aliquis se obligare se

Idem esset de contrario. Tunc demum si simpliciter renuntia
uit seculo profitens se de cetero in religione uicturum,
approbante hoc uotum uel promissionem abbate uel priore
uel aliquo de mandato eorum generaliter uel specialiter. Quia
tali casu esset uotum sollempnizatum. Alias per solam
habitus nouitiorum susceptionem et postea manifestationem
non est sollempnizatum uotum. Sed solum simplex, propter
tamen est quod tamen in proposito quod non dimittit illud postea con
trahendum. Distinctus. Uel aliter non est distinctus ad habitum
distinctionem habitus benedictine sunt uestes tempore professionis
sicut dicitur in illa constitutione. Statuimus. Non licet ei.
Uidetur magis tenere sistam. h. quia propositum obli
gat. quia non esset simplex uotum est. Tutior. Quid
de illo qui uouit quod intraret ordinem cisterciensium. Num
potest intrare aliquem laxiorem ordinem. Item. Quis
intrauit tenere ordinem cisterciensium ad probandum
religionem et hoc quia potest placere ibi remanere.
licet postquam intrauit et probationem et habi
tum nouitii suscepit possit recedere non uouit
non solum quod intraret sed quod ibi monachus fieret aut
usque ad mortem ibi perseueraret. In quo casu
quamuis non teneretur per regulam ad remanendum tamen
transgressor est uoti sed ad religionem tran
sierit laxiorem. Nolo eam tenere. Secundum illud
bernardi. Uota mea non augeantur sed in mea uolun
tate. Sicut nec diminuantur sine ea necessitate.
Non uiciat contractum. Hoc non est generaliter uerum. quia fa
llit in matrimonio. Extra de condi. appo. c. ult. Si
etiam aliquis uelit esse monachus apposita con
ditione quod ei liceat retinere proprium uel usumfructum
aliquarum rerum non ualet talis contractus. In monachatu.

Notandum in apposito quod per solam habitus nouitii susceptionem et postea manifestationem non est sollempnizatum uotum et cetera.

Nota in textu. Item pone. et Nolo eam sustinere.

in paratum ad continentiam uel ad non habendum proprium. Uel ad obedientiam. xxvii. q. v. Quod deo. xx
iii. di. Quod quis etiam qui facit professionem secundum regulam beati benedicti obligat se
ad eam totaliter obseruandam. Nam qui nichil excepit, omnia comprehendit.
xix. d. Si romanorum. Item. Aut intendebat uiuere regulariter aut irre
gulariter. In primo casu patet quod tenetur. In secundo idem. Quia si expressisset, turpis
adiectio pro non adiecta haberetur, et teneretur regulariter uiuere. extra de
condi. appo. c. i. Item. adiectio apposita contra naturam contractus non ui
ciat contractum. x. q. i. c. ii. Item. Item adiectio apposita contra legem
xvi. q. i. Si quis laicus. Solu. Indistincte dico quod non potest redire ad se
culum ex quo fecit ibi professionem. Sed utrum cogatur ibi manere, distin.
Aut erat peritus iuris aut ignarus. In primo casu non potest recedere, quia in
telligitur se obligasse non ad id quod fiebat, sed ad id quod fieri debebat.

etiam

Sed in secundo casu subdistinguo. Aut fuerunt ei explanata asperitates regule et tunc idem quod in iure predicto. Aut non, et tunc si credebat eos regulariter vivere et ad illam asperitatem se voluit obligare, non ad maiorem, et hoc expressit, tunc egreditur ibi manere set transibit ad aliud ordinem quem valeat sustinere. Si vero non expressit, credo quod debeat manere, nec potest allegare dolum nec deceptionem, quia sic melior sua conditio et potest magis imputare fatuitati sue, quia si examinasset ut debuit plenius. h. extra de regularibus. Ad eo. Consulti. xx. q. iii. Constituit. extra qui metus causa. Ad dilectus. extra de reg. Cum ex parte. Vel dic indistincte quod debeat remanere, quia dolus aliquorum vel simplicitas voventis sibi excusare in talibus ut dictum est. Item alter coniugum intravit religionem sine licentia alterius, alius repetit eum. Queritur utrum teneatur redire ad coniugem indistincte et utrum in aliquo sit obligatus ratione illius voti. Ad primum dico quod tenetur redire ad coniugem nisi in duobus casibus. Unus est si illa fuit publice fornicata et ipse ingrediens vixit caste. Alius est si fuerat lata inter eos sententia divorcii ad separationem thori. xxxii. q. i. Agathosa. extra de divortiis. Significasti. vii. q. i. Quod periculosum. Ad aliud dico quod est obligatus quo ad se tantum et ideo non potest exigere debitum, quia non potuit vovere, quia erat in sua potestate set alterius. Sed est non reddere debitum coniugi petenti non potuit vovere et ideo tenebatur reddere. xxxiii. q. v. Unica. extra de con. con. Cum in[illegible]travit. Placet. et alibi ~~[illegible]~~ vir non habet potestatem sui corporis set mulier. Pone quod mortua uxore quandoque extrahitur eum de monasterio. Nunquid tenetur redire ad monasterium vel nunquid potest ducere aliam uxorem, vel nunquid saltem tenebitur matrimonium si duxerit. Item si aliquid ab illa secula potest exigere debitum. Ad

Sicut notavit h. xxx. q. ii. tunc autem potest tamen de consensu abbatis aliquid sibi ad usum retinere. Sed quo casu totum erit monasterii. Non enim sic. h. ubi probatur xx. q. iii. Constituit. Sine licentia. Quod fieri non ~~debuit~~ debet, quia tamen sine ad hoc auctoritas episcopi, extra [illegible] illa licentia comparis sui. Et votum perpetue continentie cum transitu ad religionem si sit suspecta persona, aliter potest remanere in seculo. Publice fornicata. Ergo per exceptionem occulte fornicationis non impediretur restitutio si illa sponte confitetur in iure se fornicatam fuisse sive ante ingressum viri sui sive post. Vixit caste. Alias non potest eam repellere, scilicet si fornicatus ipse fuisset ante ingressum religionis sive post. Quod si uterque fornicatus est, nunquid potest alter invito altero intrare monasterium. Respondeo. Non potest, sicut notavit h. xxvii. q. ii. Agathosa. Et potest revocari. Qui sic intravit. Quod credo verum esse sive occulta sive publica fuerit utriusque fornicatio. Vel si unus ingrediens occulte fornicatus fuit et alius publice. Quod si uterque non penitentia licentia ab altero intret monasterium, nunquid possunt se mutuo repetere. Respondeo. Non possunt, quia neuter potest dicere se ab altero spoliatum, et uterque intrando renunciavit iuri quod habet in reliquo et iuri exigendi debitum. Votum tamen utrumque tenuit et quo ad exigendum debitum et quo ad reddendum. Quod si uterque credens alterum esse mortuum intrat monasterium, nunquid comperta veritate potest alter exire et alterum repetere. Respondeo. Notavit h. super dicto capitulo quod sic, quia neuter intrando voluit fieri monachus nisi alter mortuus esset. Unde neuter fit monachus cum uterque vivet. Sicut illa que nupsit alii cum virum suum mortuum esse crederet comperta veritate licite recedit a secundo et redit ad primum. xxxiiii. q. i. c. i. Cum in divortiis. Sed in casu potest ille qui relictus est intrare monasterium invito relinquente, sicut notavit h. super primum capitulum, quia per sententiam ecclesie amisit uterque potestatem in corpore alterius et uterque ex toto renunciavit iuri suo. Quod credo verum esse si relinquens non vult relinquere se reconciliare. Et hec tamen dicit ut notatum est in summa de matrimonio titulo de divortio. Ad aliud. Saltem videtur obligatus ratione voti

Nota in cap. Quantum matris fuit tum ad hoc ut alter coniugum intret religionem etc.

Nota in cap. Quod si uterque fornicatus est etcetera.

Nota in tex. [illegible]

Nota in tex. quod ingressus religionem sine licentia coniugis tenetur redire ad repetentem nisi in duobus casibus etcetera.

Nota in tex. Ad aliud dico quod est obligatus quo ad se tantum etcetera.

In tex. Pone quod mortua uxore etc. Nota quod quidam opiniones hic positas et approbatur in additione ad primam et opinionem h. et in summa in additione ad quartam.

I

p dico quod cessante impedimento morbi monendus
est diligenter redire. et peccat nisi faciat.
ar. xxvii. q. ii. Nos nouimus. Similiter tamen non
cogendus ab ecclesia. ex. de con. coniu. placet.
et hoc ideo quia professio quam fecit non so-
lempnizauit uotum cum non obligauerit nisi
ad continentiam ipso superstite viro. Ad id
dico quod non potest contrahere impediente voto si-
mplici saltem. ar. ex. de qui. cogn. spi. ex parte al-
tera. Si tamen contraxerit periculum de presenti
peccat. et debet agere penitentiam de sumptis in co-
ntractu. et tenebit matrimonium. ex. qui cle. uel uo.
Rursus. et ita generaliter est ad tam. Ad
quartum et ultimum dicit h. quod sic non potest ex-
igere debitum a prima. ita nec a secunda. Io. et
plerique alii doctores dixerunt quod licite
potest exigere. quia licet peccauerit contrahendo
tamen tunc est bonum matrimonii quod tol-
lit totaliter obligationem illam. ar. ex.
qui cle. uel vo. Rursus. xxvii. q. ii. Sup-
tiarum bonum. Opinio tamen h. videtur tuti-
or et congruentior ad salutem. Item et id. quid
si uxor sit cum licentia viri intrauerit re-
ligionem uult intrare religionem et ma-
ritus contradicat. Ad hoc distinguo. aut vir
aut est iam eiectus de monasterio et
reconciliatus uxori. aut non. Primo casu non
potest uxor intrare religionem. xxxiii. q.
v. quod deo. In secundo potest illo inuito intrare.
xxvii. q. ii. Agathosa. xxxiii. q. v.
Quia uxorem. Pone quod uxor relicto
maritali thoro in lapsum carnis
Et peccat. Non ergo non compellitur redire cum quibus
possit compelli ad penitentiam quam deliquit a principio. Et
secundum h. compelli potest et peccat mortaliter si non
redit. Quod ergo dicitur quod non est cogendus similiter in-
telligendum est ad personam eorum ad quos intrauit
quibus se subicere non potuit. Episcopus tamen de suo officio
potest eum compellere reuerti ad monasterium. vel dic quod lo-
quitur de laicis qui recedunt a proposito meliori. xvii. q. i.
Quidam. Quod tamen non videtur verum. Cum quidam in ipso fu-
erit obligauerunt se ad perpetuo viuendum in religione
quam fecerat professionem. Cum ergo mortua uxore
sublatum sit impedimentum quod impediebat voti euentu
tionem fit dico quod impediebatur. Et huius ratione innuit
h. quod uxorem suam velari permisit alia non
accipiet. Decretalis consistit. Et hec explicans similiter
dixit. h. quod alter coniugum si viderit compartem sui
vel sciuerit intrare religionem et tacuerit. eo ipso
presumitur uouisse continentiam. et hic tacitus intra-
reputatur pro consensu. Et sic notat. h. xxvii.
di. Diaconi. Nota. infra dicetur de uxore pro-
mota ad sacros ordines. Et est regula videtur
innuere. ut in illo. Item. Alter coniugum
in illo ubi sit licentia alterius quod necesse est licentia expressa
et non sufficit taciturnitas quod eodem modo est. Et si
retinuerit consensu uel licentia extorta per viole-
ntiam uel per dolum non preiudicat. ut ex. de con. coniug.
c. i. Si autem non sit ibi dolus vel violentia non
preiudicat nisi licentians uel consentiens ignora-
uerit. s. quod non tenetur ad perpetuam continentiam. Si
autem sciuit uel et non erat persona suspecta de in-
continentia non potest reuocare licentiatum sed tene-
bitur continere quia presumitur continentiam uouis-
se. Si autem erat persona suspecta de incontinen-
tia et hoc sciebat non potest sibi reuocato. Debet tenebitur intrare religionem si eam commode potest
inuenire. Si uero non potest aut non debebat se esse suspectum de incontinentia cum tamen esset potest reuo-
care licentiatum. Nam non recipit apud deum illius viri consilio cum legis coniugalis federis prostitu-
tam. Quod si licentians emiserit votum continentie tenetur in seculo cum non esset suspectus et
mortuo compare suo de facto contraxit matrimonium non tenebit. Quod. Tenebit non emiserit votum continen-
tie sollempne quod potest sollempnizari quamuis non renuntiet pompis si promittat obedientiam abbati
et abbati et post nec recipiat habitum alicuius religionis. Non sacris ordinibus tantum emittat uotum illud
in manu episcopi uel alicuius de mandato episcopi generalis uel specialis ipso episcopo uel eius mandato approbante illud
votum. tunc et spirituale matrimonium contrahitur inter vouentem et deum. et per hec fiet per approbationem ipsius episcopi
qui est quo ad hoc vicarius uel procurator dei. Firmo et consummatur spirituale in hac vita post consummationem
quod post hoc votum sine matrimonio spirituale consummatum non potest habere carnale matrimonium; sicut post matrimonium carnale consummatum.

et intelligitur consensus facti.

Quid si uxor etc. Nota textum et ar. separatim.

Pone quod uxor etc. Nota textum et ar.

Item quid si maritus accepit ordinem sacrum etc. Hic est questio. Convenientia inter ecclesiam orientalem et occidentalem ... ad questionem et apparatum. et ante finem apparatus inducta tangitur de debito coniugali in loco sacro et tempore de penitentiali loco vel tempore exigenda.

ceciderit. et maritus ab episcopo diligenter amonitus eam ad fru-
gem melioris vite conversam voluerit recipere propter deum poterit
religionem intrare. utique ut penitentiam ibi perpetuam agat. extra de
conv. coniu. Gaudemus. Item quid si maritus accepit ordinem sa-
crum uxore invita vel nesciente vel etiam sciente et non consentiente. Similiter
est factum preiudicium uxori. Ad huius intelligentiam nota convenien-
tiam et diversitatem inter ecclesiam orientalem et occidentalem. Ipse enim du-
obus conveniunt et in duobus differunt. Conveniunt primo in hoc quod tam
isti quam illi possunt licite contrahere matrimonium in minoribus ordinibus.
xxxii. d. Si quis eorum lectorem. placuit. Conveniunt in alio quod nec
isti nec illi possunt contrahere matrimonium in sacris ordinibus constituti.
nec potuerunt etiam a tempore apostolorum. et si contraxerint non est matrimonium. Ut
patet extra vi. synodo que in oriente fuit celebrata et regulam sta-
tuit eis. xxxii. di. Si quis eorum. xxxi. di. Si in cena. lxxxiiii. di. cum
pretio. Differunt autem primo in hoc quod ipsi sive coniugati sive non primo
veniunt ad sacros ordines non promissa vel premissa continentia
xxxi. di. quoniam. Sed et occidentales nunquam promoventur nisi continentia
promissa vel premissa expresse vel tacite. di. xxviii. Subdiaconum assumimus.
(margin: et intelligas ordinem sacrum sub-)diaconatum. et in c. xxxi. di. Aliter tenemus. Differunt etiam in alio
quod orientales in sacris ordinibus constituti licite utuntur matrimonio
contracto dum erant laici vel in minoribus ordinibus constituti. Sed
post receptum sacrum ordinem non possunt contrahere. xxxi. d. quoniam.
Et extra de cle. coniu. Cum olim. Occidentales vero ex quo sunt in sacris
non possunt contrahere. nec uti antea contracto. Ad questionem igitur pro-
positam omissis multis et variis opinionibus dico quod si vir re-
cepit ordinem sacrum uxore contradicente vel ignorante non fiat ei
preiudicium. Nam poterit exigere debitum et ille tenebitur reddere
licet non possit exigere. xxviii. di. Diaconi. xxvii. q. ii. [illegible].
Si autem uxor scivit vel consensit vel etiam non contradixit sed tacuit
cum tamen sciret vel posset vel deberet. Si clericus est occidentalis fit
uxori duplex preiudicium. Unum quod oportebit eam de cetero continere.
Aliud quod etiam mortuo viro non poterit cum alio contrahere. et si con-
traxerit non tenebit matrimonium. et hoc secundum quosdam propter votum quod videtur
emisisse ex facto viri. Secundum alios quibus assentio propter sim-
plex votum expressum vel tacitum quod impedit matrimonium contrahendum
et propter expressam constitutionem ecclesie super hoc promulgatam que dirimit
matrimonium contra eam contractum. xxviii. di. Qui sunt [illegible]. Si autem. Si
quis vidua. xxxii. di. Decernimus. Licet aliqui dicant quod licet viri
(margin: ista) promoti ad ordines sacros teneantur intrare religionem. Ego
tamen credo cum Lau. Jo. et T. quod non tenetur. sed sufficit si in seculo caste vi-
vat. quod etiam dicit prudentie. Fallit tamen hoc in uxore eius qui promoven-
dus est in episcopum quod non debet vir eligi nisi ipsa intret religionem.
Extra de conv. coniu. Cum. Coniugatus. Nunc. Si vero est clericus orientalis
dicatur hoc quod non fit uxori preiudicium ex promotione ipsius. Secundo

non poterit transire ad ali-
um contraxisse alterutro
[illegible] vivente. Si [illegible]
ad spiritualem non de conversi-
onibus. ix. de hoc. c. e. q.
Idem. [illegible]
[illegible] alius [illegible]
tractum. Preditur publi-
cam fornicationem. ad
frugem melioris. id
est ad penitentiam. voluit
recipere et sibi reconciliare.
Ad quod ipse compelli non po-
test quantumcumque illa peni-
tuerit vel ipse adulte-
rium [illegible]. et est arg. quod po-
test eam reconciliare
sibi iustam si velit. et
quod antequam receperit eam
sibi reconciliare illa mo-
nachari non potest. sive
lata sit sententia divortii
sive non. Cum hoc decretale
Gaudemus. Iudicio ecclesie
[illegible] hoc. [illegible] quod lata
sententia divortii re-
ligiosus monachari potest
[illegible] et contradicente re-
lique. Ex quo sunt in sa-
cris. id est postquam receperit
sacrum ordinem. ei. id
est uxori. tenebitur reddere.
et si fuerit episcopus vel presbyter
sicut notatur. h. xxxvii.
q. ii. Agathosa. non illa
possit laica ad continendum
et repetere cum uxore coni-
gali vel clericali. [illegible]
propter quod dicitur sacerdos de seculo
[illegible]. Sed hoc restituit uxo-
rem non [illegible] coronam au-
ferri [illegible] cum scanda-
lo uxoris. Si forte [illegible]
fuit monachus de [illegible]. [illegible]

De uotis et uotorum dispensationibus et redemptionibus.

ipsa .sed uite potest ordinari. Ergo cedo q. cu lau. et io. q sit p iudiciu cu post mortem uiri n possit contrahe. Item q ipse uiuens sine n d ei commiscere. xxvi. d. quia. Cu tn al. sicut ait apls. n ad ipse ca iuita potest orare. xxxiii. q. iiii. apls. Circa uotu peregrinationis ul abstinentie queritur utru abbas ul prior ul alius platus possit absolue religiosos sibi subditos ab his uotis quibus se astrixerant an religionis ingressu. Ad h dicat. h. q ipsa religio et tum i ipso ingressu soluit hi uota. q soluit uinculu uerum tii et obedie. ut aleg. ex. ii. dame. et xix. q. ii. due. Jmo expssa est decretal. q n frangit uotu cu i melius commutatur. Ex. e. scripture. Nec est necessaria certa satisfactio qm ubi totu uite ipse seruitio impenditur conditoris. xxxiii. q. ii. admone. de pe. di. i. ex hiis auctoritatibus. Alii u dunt q te nitur ad impl. q promiserat. n platus suus dispenset cu eis. michi uidetur q si aliquis uolens hi uota i melius commuta re epo suo pstante auctoritatem intrauit religionem absolu tus est. ut de e. c. ex receptionem. Si u n itendebat commu tare ul et itendebat sed n iteruenit auctoritas epi h possit dici q uis religionis soluat hi uota ut ait. h. consulo tn q dispenset platus dicunt dunt alii. q tutius est et plat potest dispensare. xxxiii. q. v. notum. xx. q. iiii. monacho. Item ct ead uota queritur utru pater moriens possit iunge filio quem constituit sibi heredem ut adimple at uota peregrinationis ul similia ad q ipse tenebatur. Ad q sic. ex. e. liter. Item q heres tenetur ipso iure satisfa cere omnibus quibus defunctus tenebatur. ex. de usur. tua. Ad h et dicas q n possit iunge pr filio necessitate peregrinandi ut bn colligitur i pall. dec. liter. Ierom et tenuit sibi pariter

Jtem h et casu tacantur tur sic pro conclusione. h ipse dignitatem sue orationis. Jtem metachatiua feruis. Vn n est tanta di gnitas. Id tn uiuis est i utroque casu S. h. Dicit aps. i. ad cor. vii. ipse orare. Spiritu oratione et p uatu sine quodam. ut si tota die ul nocte ul magna parte uelit in ecclia esse p orone. Sed ut dunt gnalis orationi potest ite ee durante uxore. Jn uoi unius et uespe tinas. h. nec ipso orone gnalem ul specialem debet quis denegare de bitum petenti et ipsa. Sed ip reddat et postea uadit ad ecclam et eae quatur que facienda sunt cum exigentur p pici. Qd si dicat coniux uolo ires ecclam uel audias diuinu officiu n est ei obediendum cu dnt parti participat contrariu. xi.

q. iiii. Di. dum. Q. reuisit. Sufficit ergo q reddat p. nec peccat reddens ei i ista causa ut dic. si a liu locu habens potest ad reddendum maxime cu eum neat periculu fornicationis exigenti. Qd si tali tpe platu exigerit sine causa et continentie exigat siue cu prole peccat. n tn mortaliter sed uenialiter ul peccat cu exsaturande libidinis q her spt est mortale. ul s. ipse et ol. lato. sic notat. h. xxxiii. q. iiii. in sine. cc. et e. ap. Alii tn dunt q tantu est bonu matrimonij q excusat a peccato mortali coitu qui causa exsaturande libidinis fit cu min qu fit ex dice feruido ul ppher mo dum tantum ordiatum et scdm naturam fiat. Vinculu uerum tii et cu quis iurauit q duceret aliquam i uxorem ut q obediret plato i ecclia seculari. obedie. Qd clericus iusto ipso eum tenet obedire potest transire ad religionem. Vnorie. Vbi de uxoricida q si intrauit religio nem n oportebit ipse h ipsum face aliam pniam. hi uota. s. peregrinationis ul abstinentie. Item qd si uouit quis q daret centu marcas pauperibus i genali ul alicui ecclie pdone. ul q construeret cenobiu cistercien. ordinis. Aug. si uellet hi uotu commutare i ingressum religionis ulle tatur est intrando religionem. Resp. Di. p uidendo q si ex tali promissione ul uoto est acquisita actio alicui ul aliquibus. q forte donauit ul promisit ul q daret ill ul facer h ul illud. n liberatur p ingressum hi n de consensu illorum quibus donauit ul promisit. Si ul n acquisita tacto

Circa uotu peregrinationis ul abstinentie queritur utru abbas ul prior et cetera. et ap.

Nota. Aliqui tn dicunt q tantum bonu matrimonij excusat et cetera.

Nota bene. quidam uouit q daret centum marcas pauperibus et cetera.

iuncto quod filius approbavit. pecuniariam vel satisfactionem bene potest
iniungere. arg. extra. de usur. tua. et de solu. c. i. Item summa
nota quod omnes peregrini debent defendi ab ecclesia. ut quicumque eos in re
bus vel personis offendit vel ammonitus satisfecerit excommunicetur. xxiiii.
q. iii. Si quis romipetas. et duobus capitulis sequentibus. extra. de tre
ugua et pace. Innovamus. extra. de peregrina. Conquerente. De iura

mento et periurio.

Superius tractatum est de votis in genere. Et quia iura
mentum votum est cuius assiduitate sepe
homines in periurium collabuntur. expedit ut de iuramento
et periurio aliqua supponamus. Videndum ergo quid sit iuramentum. Que cau
sa institutionis. Que forma iuramenti. Que exiguntur ad hoc ut
recte fiat iuramentum. Que sollempnitates magis obligato
rium faciunt iuramentum. Que genera iuramenti. Et que pena per
iurii. Et alia quedam dubitabilia subiciemus. Iuramentum est affir
matio vel negatio de aliquo sacre rei attestatione firmata.
Causa institutionis est duplex. Una propter infirmitatem hominum de
facili diffidentium. Cum enim aliquibus persuadetur quod eis est utile
et expediens et non credunt simplici verbo. permittitur nobis
iurare. xxii. q. i. Non est ita sicut est preceptum. Alia cum est propter
vitandam ydolatriam. Nam et concessum fuit filiis
israel ut hostias deo immolarent ne eas offerrent demonibus.
sic potius permissi sunt ut per deum iurarent quam per cre
aturas ne ... in crimen ydolatrie. xxii. q. i. Considera.
Ex hiis patet quod iuramentum licitum est et bonum et non tantum
non cum per ipsum precepto subiciatur. ad quod tenemur ex precepto
domini. prover. ... Dominum deum tuum timebis ... Et
iurabis proprio. ... Et in hunc prolatum est paulo ...
plures insistendum contra dictam hereticorum oblatrantem. Angelus
enim quem vidit Io. in apocal. stantem super mare et super terram leva
vit manum suam ad celum et iuravit per viventem in secula seculorum.
Item ipse christus frequenter legitur iurasse in evangelio. Amen amen dico
vobis. Apostolus iurabat cum diceret. Testis michi est deus. Et i
terum. Cotidie morior per gloriam vestram. Que greca exemp
laria ut ait aug. super epistolam ad gal. manifestissime eum esse
iurantem ostendunt. Item dominus legitur in veteri te. iurasse.
Iuravit dominus et non penitebit eum. Et iterum. Iuravit dominus david
veritatem. Et in precepto in veteri te. Reddes domino iuramenta.
Quare ergo dicit dominus in evangelio. Sit sermo vester. est. est. non.
non. Respondeo quod affirmatio vel negatio est que fieri in corde deberet
loquere. Set quia per hominum crescente malicia simplici assertioni
non creditur ideo prudenter adiunxit. Quod amplius est a ma
lo est non culpe set pene. nec exhibentium sed exigentium
iuramentum. Nam incredulitas hominum magis est culpa quam pena.
Vel non dixit malum sed a malo. Item licet dominus videatur

que non donavit in promis
sitate se obligaverat
...bus set tamen deo liba
tur per ingressum religionis
... illud bonum
minus mutare in ma
ius dum tamen hoc fiat auc
toritate sui episcopi. Alias
non credo sufficere volun
tatem propriam vel abbatis
quantum ad hoc. Alius tamen vo
ta abstinencie vel peregrina
tionis forte dum ... ...
potest revocare post
monachatum. Innocentius
et velle. h. idem de quo
libet voto sicut notatur
in. xx. q. iiii. quando ...
... Item magister de filio
quodam regis ... cum per
sonam ... votum ...
movens votum ...
... ...
... ...
cepit et deus ibi que tenet
illud adimplere.

Superius dictum est ... vo
tum est ... et obli
gatorium sicut votum
permittitur. Item ... permis
sione ... quantum ...
promittitur ... ...
... ...
dicitur quod licitum est. Ex precepto
levit. xix. deut. xii. ...
x. Amen amen. Io. iii. vi.
et viii. Testis. Ro. i. ...
... i. cor. xv. ...
... q. d. per gloriam ...
lo. ... precepit levit. xix.
... ...
Reddes domino iuramen
ta tua. Evangelio.
Matth. ...

nota in tex. quod omnes peregrini debent defendi ab ecclesia et cetera.

nota quid sit iuramentum.

nota que causa institutionis.

nota christum iurasse in evangelio.

prohibuisse aliquid [bi] iuramentum tamquam contra creatorem, sed contra creaturas iurare prohibuit, ne per ipsum iuramentum transferretur ad creaturas honorificentia creatoris. Quare cum in euangelio premisisset: Dico vobis non iurare omnino, statim subiunxit: Neque per celum quia thronus dei est. Neque per terram quia scabellum pedum eius est. Neque per Iherosolimam quia ciuitas regis magni est. Neque per caput tuum quia non potes vnum capillum tuum facere album uel nigrum. Item. Iterum prohibet iuramentum dicens: Ante omnia fratres mei nolite iurare. Item prohibet simpliciter iuramentum secundum voluntatem iurandi. Et ideo dixit vigilanter: Nolite, quia ad iurandum non debet spontanea voluntas quempiam inducere, sed necessitas trahere importuna. Et tunc potest sine culpa iurare, dummodo conueniant alia que exiguntur ut dicemus infra. Quod autem Ia. subdit: Neque per celum neque per terram neque per quodcumque iuramentum aliud, intelligitur non per deum sed per creaturis tantummodo, quemadmodum similia. Aliter si non dixisset apostolus: Homines per maiorem sui iurant et omnis controuersie eorum ad confirmationem finis est iuramentum, in quo patenter ostendit per quem sit iurandum. Cum autem per maiorem suum, id est per deum, etiam sit iurandum, ubi videlicet omnis controuersie finis sit iuramentum. Si ergo alicubi videatur prohiberi uel dissuaderi iuramentum, non fit quia per ipsum sit malum, sed quia ex frequenti et iniusta iuratione sepe solet contingere periurium. Vir multum iurans replebitur iniquitate et non discedet a domo eius plaga. Sic vinum non est malum, et tamen prohibet apostolus vinum bibere ad superfluitatem, quia inde solent procedere ebrietates et luxuria. Vnde ait: Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Hec omnia et multa alia tenentur et excepta pro angustiis, iuxta et multos alios. xxii. q. i. Non est contra. et capitulis regulatibus. extra. c. si ... ex. c. et sunt ... Colligitur ex premissis quod prohibitum est iurare per creaturas. Excipiuntur tamen quedam per quas licite iuratur, videlicet per euangelium, altare, reliquias sanctorum, crucem consecratam, sanctas manus episcopi. xxii. q. i. Si aliqua causa. extra. q. v. Quod periurare. Et hoc ideo est quia in huiusmodi creaturis ad deum tamen iuramentum refertur. Videtur quod quis per salutem principis possit iurari. xxii. q. v. Quotienscumque. Quod sane intelligitur per eum cuius in ditione salus principis consistit. Verum non est in vsu nec multum approbo. Item. Non quod in iuramento per creaturam non concessam debet acerrime castigari. Et si prohibitio in vitio nolens se corrigere debet excommunicari. Qui autem iurauerit per capillum dei uel caput uel alio modo blasphemiam dixerit contra deum, si clericus est deponatur. Si laicus, anathematizetur. xxii. q. i. Clericum. Si quis per capillum. Forma iuramenti triplex inuenitur secundum varietatem temporum. Alia fuit in veteri lege, alia in primitiua ecclesia,

Prohibet. Ia. ubi voluntatem libidinosam. Non debet. De honestate vetat. Id est dissuadet, uel vetat, ita quod attribuatur creaturis honor attestande veritatis. Alias non. Apostolus. Epistola vi. ad Hebreos. eph. v. Ille. Ita quod ducatur in consuetudinem. Vel ex persone prohibet. Id est dissuadet. Prohibitum. Id est dissuasum. Vel prohibitum ita quod honor attestande veritatis attribuatur creaturis. Vel prohibitum non pro se sed pro consequenti, scilicet pro periurio quod frequenter sequitur ex his frequentatione. Hoc dicit secundum consuetudinem loquendi non concessam de iure de consuetudine. Excommunicari. Intendo in consuetudinem. Blasphemiam. Blasphemare iniuriam deo est quando aliquis iurat per membra dei, que talis hominibus reputantur inhonesta. Non credo posse iurari absque mortali peccato. Iuramentum. Consuetudinarie. Alias non credo quod si quis alium iurat per caput aut oculos domini aut alia membra eius que in certis hominibus non censentur turpia uel inhonesta, uel per quod consueuerunt homines iurare non credo, nisi quod peccat

Respondeo

hebreos

Iurare vetat

Al' ad confirmationem

Nota item quod prohibitum est iurare per creaturas et ceteras.

Nota item quod qui iurat per creaturam non concessam necesse est corrigi. Nota. Qui iurat per capillum dei etc.

Nota de forma iuramenti.

alit hodie. Et iterum
legitur: iurabunt sic:
vivit dominus, vivit a-
nima mea. Haec ad dic-
ta de. xxii. q. i. Et
iurabunt. Et infra: Et pri-
ma ecclesia sic. Testis
est mihi deus. Testis
est mihi conscientia. Et
dico coram deo, ex-
tra. q. i. Si peccavi
hodie vero iura-
tur sic: per deum. Sic
me deus adiuvet
et sancta reliquia
et filia. xxxv. q. vi.
de pentecoste. Tria
exiguntur ad hoc
ut recte fiat iura-
mentum, scilicet veritas,
iudicium et iustitia.
Hiere. iv. Et iurabunt:
vivit dominus in veri-
tate, iustitia et iu-
dicio. xxii. q. ii. Et
iurabunt. Si ista
tria vel aliquod istorum
defuerit, periurium
iurantis est. xxii.
q. ii. Animadvertendo.
Veritas enim debet
esse semper in conscientia,
hoc est ut firmiter
sciat ita esse. Alias
si credat tamen non debet
de scientia sed de certitudine iudicare. Iudicium debet discretio deliberationis. Ve-
rius hoc est ut non iuret etiam verum nisi propter necessitatem. Sed
cum suadet alicui aliquod bonum quod ei expedit vel utile est et debere
et tamen non vult credere simplici assertioni. Iustitia, ut scilicet
quod iuratur sit licitum et honestum. xxii. q. i. Ita graviter
malum. et c. et in extra. Species iuramenti sunt due.
Nam aliud est assertorium, aliud promissorium. Assertori-
um ut quis iuratur de presenti vel preterito sic esse vel non esse, fuisse
vel non fuisse. Promissorium ut cum iurat aliquis se daturum

mortalis. Ribaldos autem et illos qui passim et assidue iurant per membra domini
non audeo a peccato mortali excusare. Vivit dominus. i. Re. xiiii. Haec addat. i. Re. xxv.
Testis. Ro. ix. Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium dicente mihi conscien-
tia mea. Periurium. Id est mala iuratio. Quilibet iurat qui negligenter
et indiscrete iuratur, sicut iuravit iosue gabaonitis. Iosue. x. Et david qui
iurabat primo. Re. xxv. Et qui assidue sicut faciunt ribaldi, contra illud Ec-
cle. xxiii. Iurationi non assuescat os tuum. Item qui otiose, contra illud Exo. xx.
Non assumes nomen dei tui in vanum. Item qui cum errore, iuxta illud Math. xxiii.
Qui iuraverit per templum dei nihil est. Qui autem iuraverit in auro templi debet.
Item qui falso sicut faciunt corrupti testes. Prover. xix. Falsus testis non
erit impunitus. Item qui dolose ut faciunt cupidi. Unde nec iuravit
in dolo proximo suo. Omnia talia iuramenta large dicuntur periuria. Ideo
sunt prohibita. Quid de uxore suspecta de adulterio. Ipsa vero
commisit. Iudicio post tamen confessa fuit de peccato et penituerit, post iurare
non sit in culpa de adulterio illo propter vitandum scandalum mariti et aliorum amicorum
qui aliter placari non possunt. Nam hec iurare ad hoc compellitur. Eam. Respon.
potius debet omnia mala tolerare quam huiusmodi temerarium iuramentum subire cum
certa esse non possit quod huiusmodi culpa sit ei dimissa adhuc. Ut extra de purga-
tione canonica. Accepimus. Si tamen huiusmodi mulier iusto metu compulsa iuraret
sub verbis duplicibus que uno sensu contineant veritatem et illo
sensu intelligeret licet maritus aliter intelligeret, forsitan non peccaret per
hanc cautelam illius maliciam excludendo. Iudicium. Quid si ali-
quis ex levitate iuret aliquid quod si plene deliberasset illud non iu-
rasset, numquid servare tenetur. Re. Credo quod sic. Consilium est quod iurans
sufficit enim ad hoc quod sit obligatus quod intendit deum invocare testem
illius rei quam dixit. Licitum et honestum. Ita quod nec sit in se mortale ut
adulterari, fornicari et similia. Vel veniale in se ut dicere verbum otiosum
aut in se bestiale vel aliud. Quid si iuratur aliquid indifferens quod ex circumstan-
tia possit effici veniale vel mortale, non debet servari. Nec est obliga-
torium iuramentum existente illa casuali circumstantia. Verbi gratia, iuravit
quis quod erit negotiator aut miles aut quod non tenebit feodum ab
illo aut quod non faciet vel illi aut laborabit aut accipiet
dona aut huiusmodi, tenetur illud servare. Si aliter non possit vul-
... faciat, quia iam casus venit ad illud de quo si cogitasset
[casum] ab initio non iurasset, de illi-
citum esset iuramentum. Et
generaliter utrumque quod iurat
faciendum vel vitandum quod
facere vel vitare esset mor-
tale peccatum vel veniale, de li-
cepto iuramento non est ser-
vandum ... iuramentum ...
post ... audire ...
de preterito. post ...

Nota in cap. Quid de uxore suspecta de adulterio etc.

Nota in textu. Tria exiguntur ad hoc ut recte fiat iuramentum. Et nota istorum explicationem.

Nota in cap. Quid si aliquis ex levitate iuret aliquid etc.

Nota in cap. Quid si iuratur aliquid indifferens et cetera.

Nota quod species iuramenti sunt due et cetera.

aliquid vel facturum. Fiunt autem alie questiones quas non prosequor quia tamen pertinent ad forum contentiosum. Consequitur videre que sit pena periurii. Quod ut planius intelligatur, nota primo quid sit periurium et quomodo committitur. Periurium est mendacium iuramento firmatum. Committitur autem aliquando periurium tribus modis: vel cum iurando loquitur falsum cum intentione fallendi, vel cum iurando loquitur falsum eciam sine intentione fallendi. Aliter, ut brevius fiat, ostendit Augustinus ponens hoc tres periurii modos. Primus modus est cum quis fallitur, puta credit verum esse quod falsum est, et temere ac indiscrete iurat. Secundus cum scit vel putat falsum esse et tamen pro vero iurat. Tercius cum putat aliquid falsum esse et tamen est verum, et ipse iurat tamquam verum. Primum periurium est peccatum, sed veniale si adhibuit diligentiam quam debuit; si vero ignorantia vincibilis vel facti crassa vel supina, xxii q. v c. [illegible]. Duo ultima mortalia sunt, primum gravius, xxii q. ii [illegible]. Et hoc de assertorio. Circa promissorium similiter sunt tres modi periurii. Primus cum iurat se facturum vel daturum aliquid illicitum vel inhonestum. Secundus cum iurat se facturum aliquid licitum et hoc cum sollempnitate sine aliqua necessitate et indiscrete. Tercius in iuramentis cotidianis que fiunt sine sollempnitate in cursu verborum ex quadam levitate et consuetudine mala, de re tamen licita, vel per deum. Exemplum ut cum quis ad excitandum vel [illegible] curtieos [illegible] vel aliquid simile, vel cum fiunt hec iuramenta iocosa. In hiis tribus statim tangitur [illegible] xxii q. iiii. Quod sacramento [illegible]. Primum iuramentum est mortale et nullo modo observandum, xxii q. iiii, In malis. Secundum in se est mortale, sed tamen observandum, ex quo servari potest sine interitu salutis eterne, xxii q. iiii.

futurum, ut cum aliquis iurat aliquid forte non promittendo aliquid, ut si iuret quis quod [illegible] vel [illegible] vel aliquid tale questiones. Alia secundum legistas quoddam iuramentum est conventionale quod scilicet partes faciunt de communi consensu partium; quoddam iudiciale quod defertur a iudice; quoddam voluntarium, large tamen pro eo quod dicitur conventionale; necessarium pro eo quod non dicitur conventionale; necessarium dictum sit falsum intentione fallendi, quod est quasi aliter dicitur conscientia quam dicatur periurium large, ut periurium appelletur prava iuratio [illegible], ut quod comedam hodie bis. Sollempnitate, ut si aliquis iuret super evangelia vel super reliquias ordinate et sine causa. Mala, secundo dicitur mortaliter. Secundus est qui ducitur in consuetudinem iurare per caput vel alia membra domini, quia credo illud esse mortale, sicut in Bibulo [?] dicitur. Tercium large, id est male et indiscrete iurat. Cum sacramento [illegible]. Qui iurat quod non faciet pacem cum adversario periurium est et non est servandum. In malis promissis rescinde fidem. In turpi voto muta decretum. Quod incaute vovisti ne facias. Impia est promissio que scelere adimpletur. Quid si quis iuravit quod superflue comederet vel diceret verbum otiosum, superflue comedit vel otiose locutus est? R. Notavit h. xxii q. iiii. Si aliquid quod talis mortaliter peccat; sed quod ex [illegible] superflue vel laxius solet quod in se veniale est, sed quia transgreditur illud preceptum in malis promissis et cetera. Ergo credo quod sic transgrediendo non peccat nisi venialiter. Alia preceptum auctoritatis si intelligatur ita generaliter quod extendatur ad mala venialia, quoniam ad illa non est preceptum. Item consilium sine interitu salutis. Ubi illud supra est. Et [illegible] de iure iurando. Si aliquid, Beda [illegible] loquitur xxii q. iiii [illegible] sensu contrario quod servandum est iuramentum quod non vergit in peiorem exitum. Item illud secundo intelligendum est quod sit dictum ut interitus salutis eterne quidem sit quod peior exitus. Item videatur esse observandum si quis iuraverit se facere aliquid veniale, cum veniale fieri possit sine interitu salutis eterne. Quid si aliquis iuret quod numquam erit clericus aut monachus aut regularis? R. h. notavit xxii q. iiii, In principio, quod talia iuramenta sunt servanda et generaliter omnia quibus iuratur aliquid quod nec est mortale nec veniale. Et videtur idem sentire Gratianus xxii q. iiii § ult.

Nota tres [illegible]: que sit pena periurii, quid sit periurium, et quomodo committitur.

Nota in [illegible] quod [illegible]. Nota [illegible] circa promissorium.

Nota [illegible] salutis [illegible].

Nota [illegible] quod [illegible] iuramentum.

xxi. aliq. Tertiū uerū
le. xxv. di. c. Crimi
nis. & al. ca. de in ac
ti. et si fi potest &
istud seruantes est.
ut i eod. c. Criminis.
Pena periurii est
q, d3 agere pniam
Septem annis. Si
cut p aliis peccatis
mortalibus. xxii. q.
i. predicandum. tn iste
to modo periurii et
qualitate psone & ce
teris circumstanciis
uel magis uel mi
nus pena est pniam im
ponenda. Ex. i. de
penitentiis. c. de se
cundo. c. de gradib
peccatorum & c. sequenti.
ce. Item. q ti tempus.
Item periurus i
iuramento assertio
rio est infamis ipso
iure. Sit. & suum
Ex. de except. de inq.
Ex. de ord. cogn. Cum
dilectus. i. fi. Quando
iuramentis reditur sci
enter cum n potest s
uare iuramentum
cautionale & licitum
& cum sollempnitate
factum est ipso iure
infamis ext. c. q.
relatum. vi. q. i. Infa
mes. Item ...

ar. p. h. opinione. xxxv. d. florentinum. Ubi habetur q qui iurant q nunq
foret esse repellit ab capitu. Si potest dici q hoc n est q iuramentum sit oblig
torium s3 q mortaliter peccauit temere iurando. Cum ad sunt due partes iustic
scilicet facere malum & declinare a bono. cum nulla sit utilitas i obseruatione tal
iuramenti q dico ppter obedientiam. ppter quam & si n sit faciendum malum. est tn omit
tendum bonum. cum dimissio compensatur cum bono humilitatis q seruatur i o
bedientia. Item. Cum clericus consulat opera perfectionis contrarium quodam mo esse
sibi si uellet q occasione iuramenti abstineret a talibus. Credo ergo sic p in
dicto q iuramentum diriguitur in periorem ex istis sex modis. Primo cum iuratur a
liquid q est mortale in se. Secundo cum iuratur q est ueniale in se. Tercio
cum iuratur indifferens aliquid q ex circumstantia efficitur ueniale uel mor
tale ut dictum est supra. Quarto cum iuramentum excludit opus ex caritate
faciendum. ut cum iurat aliquis q nichil dabit isti ex caritate. uel q n co
let deum. Quinto cum excludit opus de genere bonorum. ut cum quis iurat q
nunquam erit clericus monachus uel canonicus. uel q n celebrabit usq ad in
teru uel q n ieiunabit pro deo uel pro peccatis suis i pane et aqua n papi
atur ei. vel q n dicet psalterium uel septem psalmos uel q n sinat
bit istum i licitis & honestis usq ad certum tempus. Sexto. Cum excludit opus in
differens pia intentione pro deo aut proximo faciendum ut si quis iurat
q n loquetur martino uel n intrabit domum eius. uel n coquet
furnum eius. uel n molet ad molendinum eius. uel q talia n faciet ei. uel
q n uendet ei uetu pro minori precio q talis. uel n comedet ad eam
dem mensam cum eo. Aut si iuret aliquis hmoi indifferentis. credo q ppter h
iuramentum n debet declinare a talibus si caueat facere pia intentione
& ppter deum & calumpniam asserendi. & ppter tollendum scandalum proximi sui. qui quem
sic iurauit. In his pluribus autem tribus modis credo q possit quilibet
sic iurans auctoritate propria uenire contra. Nec imposita est ei pena de te
merario iuramento. In religiosis tribus cum ius hmoi iuramenta n sint obli
gatoria nec imponenda sit pena pro transgressione eorum tamq pro mor
tali n expedit tn auctoritate propria contrauenire n ppter urgentem neces
sitatem tum ppter reuerentiam sacramenti tum ppter scandalum simplicium qui
reputant se incurri periurium et inde sentiunt infamiam labendi i
periurium & detractionem. Expetenda est absolutio a superiore hmoi iuramentum
finale dz relaxare uel ex osten de utroq iurantes n fuisse obligatos et im
ponere penam de temerario iuramento. Nec te moueat q dicit gratia
nus xxii. q. iiii. c. ulti. q n tenetur ab omnibus q ibi dicit. si tenetur oppi
nionem suam sic. Nec dicit q hmoi iuramenta sint obligatoria si q n pro
hibitur seruari. Septem annis. h. regulare est de omi peccato mortali. h
aliam mitiorem penam imponat ppter aliquam causam sicut imponitur pena trium
annorum illi q frangit uotum castitatis ppter contrahendo matrimonium. xxvii. di. Si uir uotum. & sicut am d
finitiuam latam contra eum. In causa accusationis. Et dico q si opponatur per exceptionem
alicui periurium tale & repellatur a testimonio ppter hoc n iudicabitur ei si quo ad causam illa
n tamen probetur contra eum. Cautionale. Idem est q promissorium. Cautio Idem est q promissio
n adiectis pignoribus uel fideiussoribus. Ipso iure. Ergo credo q si periurus ppter et i modo actor

† sicut iuramentum non obligat ad faciendum malum ita nec quod non obligat ad declinandum a bono †

Nota i ar. Credo in periudicio q iuramentum uertitur in periurium ex istis sex modis & c. nota i tex. penam &c.

† non

† tamen

Nota i ar. q pena agere. vii. annis hec regula de omi peccato mortali licet aliquam minorem i pena ... aliquam causam

Nota i ar. q cautio.

sciens periuravit, nunquam in testimonio recipiatur. vi. q. i. Quicumque. Extra de testi. Sicut. ¶ Circa sollempnitates nota quod qui iurat per deum mitius obligatur; qui vero per deum et evangelia, magis obligatur; qui istis adiungit, scilicet reliquias, magis obligatur. Et ita ex crescentibus sollempnitatibus crescit obligatio. ¶ Sed quid si unus iurat per deum, alius per evangelium? Io. Chrysostomus videtur dicere quod maius est iurare per deum, sic dicens contra quosdam qui contrarium credebant: Stulti, scripture propter deum facte sunt, non deus propter scripturas. xxii. q. i. Si aliquis. Solet tamen dici communiter a doctoribus quod si utrumque iuramentum sollempniter factum est, equaliter obligant. Si unum sollempniter et alterum non sollempniter, magis est obligatus quo ad ecclesiam sollempniter iurans, et maior pena sibi iniungenda est si transgrediatur. Sed quantum ad deum equaliter. Extra qui cle. vel vo. Rursus. Sed contra: quanto sanctius est quod iuratur, tanto magis est, ut ait Aug., penale periurium; ergo magis obligatorium. xxii. q. i. Movet te. Sed illud intellige cum unus iurat se servaturum fidem per falsos deos vel per creaturas non concessas, et alter iurat idem sed per unum deum. Si utrique transgrediuntur, magis peccat secundus quam primus. Vel illud intellige quod maius est peccatum iurare per deum verum fallaciter quam per deos falsos veraciter. Et secundum hanc constitutionem procedit ecclesia de consuetudine. ¶ Queritur si aliquis iurat per falsos deos vel per creaturas non concessas vel alio modo quod videatur esse contra religionem fidei christiane, sicut faciunt sarraceni, iudei vel aliqui heretici, se soluturum aliquid vel facturum, utrum teneatur servare tale iuramentum, et utrum peccet christianus recipiendo tale iuramentum. ¶ Ad primum dico quod tenetur licitum servare quod promisit. Cum enim iuravit, peccatum commisit in iurando. Sed si modo servat fidem promissam, bene facit in hoc. Si non servat, addit peccatum peccato. ¶ Ad secundum dico quod si christianus non potest aliter habere fidem promissam, bene facit in hoc, si non servat in dictis illius et expedit ei habere cautionem ab eo; licet ipse peccet iurando, non peccat iste recipiendo. Et post ad hoc inducit testimonia de Laban et Abimelech. Sicut enim Abimelech per deos suos iuravit, sic Laban per idola sociorum. xxii. q. i. Movet te. Ibi movet Aug. has questiones et solvit. Ad idem facit et si ex ... Extra e. ... Si iurare talis blasphemus per ... deum, facilius obviare tali iuramento et tamen magis peccare. ¶ Item pone quod aliquis dum tenetur captus ab hostibus vel a predonibus coactus per metum gravissimum qui posset cadere in constantem virum promisit et iuravit se soluturum ... vel traditurum castrum vel simile, queritur utrum tale iuramentum obliget, cum xxii. q. ii. Quamvis, ut ait Aug., iuramentum non potest esse vinculum iniquitatis. xxii. q. iiii. Inter cetera. xv. q. vi. c. i. Extra qui met. causa. Perlatum. Abbas. Extra de iureiur. Verum. Et clamat per Ysaiam: Dissolve colligationes impietatis. ¶ Item valde esset inconveniens quod maleficus ex improbitate sua commodum reportaret. ff. de furt. Itaque fullo. Contra probatur quod obliget, quia licet fuit coactus, tamen voluit. Dicit enim Aug. quod coacta voluntas voluntas est. xv. q. i. Merito. ¶ Item quia potest salvari

sum promissorium fuit sub sacramento cum sollempnitate factum, efficacius tenemus ipso iure. Periuravit. Sive in promissorio sive in assertorio iuramento. Recipiatur. Si probatum fuit in modum actionis vel in modum exceptionis quo ad illam causam in qua probatur hic periurium exceptione. Fallaciter. Id est cum intentione fallendi. Sed videtur quod sit maius peccatum iurare per falsos deos veraciter quam per verum deum fallaciter. Quia in primo est peccatum ydolatrie quo nullum maius. ¶ Responsio. Imo hic comparatione habetur respectus ad transgressionem iuramenti et ad formam iurandi. Non peccat. Sicut non peccat ille qui accipit ad usuram propter suam necessitatem. Laban. Gen. xxxi. Abimelech. Gen. xxi. Vinculum iniquitatis. Id est non obligat aliquem ad aliquid faciendum. Ysaia. lviii. Fullo. Ibi dicitur quod nemo ex improbitate sua debet consequi actionem.

In tex. Circa sollempnitates nota et cetera.

Ad distinctionem.

No. in tex. Queritur si aliquis et cet.

Simile

Nota in tex. Item pone quod aliquis dum tenetur captus et c.

sui incitu tamquam eterne. Cum sit licitum quod iuratum est, quia est servandum.
xxii. q. iiii. Si aliquid. extra eodem Cum contingat. Si vero procedit ei quod sunt compulsus ita
et plus scilicet et tho. tenet in primis. xxii. q. v. Qui compulsus. Si quis coactus.
Dolo. Ar. et quidam alii dixerunt quod non obligat tamquam divina
voce prior convertit. quia vi metus quod tam gestum est, ratum non habeo. Di-
stinguunt tamen isti inter iuramentum assertorium et promissorium. In
promissorio excusat metus. In assertorio non. Qui ad hoc dicitur quod omnia
mala pati quam malum asserere. xxxii. q. v. Ita ne. Alii dicunt
quibus assentio quod quantuscumque fuerit metus, semper obligatur dum
-m possit servare sine interitu salutis eterne. Et si alicubi inveniatur
contrarium quod non teneatur, intelligitur tamen in odium violentorum. Vel cum quis
iuravit se daturum res ecclesiasticas. extra eodem Dilectus. extra. quod metus causa.
Ad audientiam. Post tamen iste petentem repellere per exceptionem quod
metus causa et peccabit utendo ea. Et hoc non cum iuravit se so-
luturum intendebat contrarium, scilicet se non soluturum. Tunc enim pec-
cavit mortaliter ita iurando. Debet vero potius uti exceptione sine
peccato. Timeo tamen scandalum et malum exemplum aliorum qui nesci-
unt intentionem suam occultam. Procedat ergo sic et non
peccabit. Petat ab episcopo ut cogat illum absolvere sibi a iuramen-
to. extra eodem Ex administrationis. Si non potest, ad hoc iudicium solvat.
et postea repetat. quia licet iuravit solvere, non tamen iuravit non repe-
tere. extra eodem Debitores. extra quod metus causa. Ad audientiam. Si autem iuravit
Alia nigromantia quando mortui resuscitati videntur divinare
et ad interrogata respondere. Nigros enim graece latine mortuus. Ad quos
suscitandos cadaveri sanguis adicitur. Nam amare
sanguinem daemones dicuntur. Ideo quotienscumque nigromantia
fit, cruor aquae miscetur, et colore sanguinis facilius
provocantur. Alia aruspicium seu augurium quod attenditur in
gestu, volatu et cantu avium. Vel augurium quasi avigerium
vel avigarrium, id est gestus vel garritus avium. Item fit di-
vinatio in sortitionibus, sortibus et sortibus quas falso dicunt a-
postolorum, et varia inspectione psalterii, evangeliorum et aliarum scripturarum.
Item sunt mathematici qui constellationes considerant.
Hi et magi dicuntur. Item harioli qui in haris idolorum dolorosa
daemonum responsa accipiunt. Item aruspices, id est aurarum specta-
tores qui dies et horas in agendis negotiis operibusque custodi-
unt. Hi et exta sive interiora vel viscera pecudum inspiciunt
et in eis futura praedicunt. Item incantatores, malefici et mul-
ti alii quos enumerat Aug. xxvi. q. iiii. Igitur. Extra. q. v. Prae-
terea. Et in c. Episcopi. Regulariter omnis divinatio quocumque prae-
dictorum modorum vel alio aliquo fiat prohibita est et maledicta a deo
tanquam idolatria et infidelitas. Cum enim futura quae so-
lius dei sunt per tales inspectores aliqui invenire laborant, divini-
tatis vim creaturis attribuunt. Ysa. Priora et novissima annuntiate
nobis et dicam quod dii estis. Iere. Nolite audire prophetas vestros et divinos
et somniatores et augures et maleficos qui dicunt vobis: Non
servietis regi Babylonis, quia mendacium prophetant vobis ut lon-
ge faciant vos de terra vestra et eiciant vos et pereatis.

nices quae eis in certa
vita per rebus potuit
commissa culpa nudatas
in aeterna recompensatione
est declinata. Dispu-
tatione. Credo quod non pos-
sit quod eadem actio sit me-
ritoria et demeritoria
generaliter potest esse quod ali-
qua actio sit demeritoria
et quod aliqua praevia actio item
concomitans illam
actionem sit meritoria.
Id est ad genus praeparatoria.
Et e contra quod aliqua
actio sit meritoria vere
et aliqua praevia item
concomitans sit de-
meritoria. Ipsa est ad genus
audiendam praeparatoria
quando admissa ... homo
in demeritum.

Diximus etc. Et quid
sors est. Alio
modo dicitur sors hereditas
vel pars hereditaria
eo quod per sortes solebant
dividi singulis hereditatum
portiones. Ezech. iii. super.
x. q. ii. super. Phytonissa
i. Reg. xxviii. et xxvi.
q. iii. dicitur ars phyto-
nica dicta a phitio Apo-
llinis inventore illius artis.
Ysid. ... Aug. xxvi. q.
v. Nec mirum. Aruspicium
de his sic habes xxvi. q. iii. lege.
Magi. Al. magi dicuntur
malefici. xxvi. q. v. Pr-
aeterea. ...
... horarum vel au-
ruspices dicti ab inspec-
tione avium sive divinatione fa-
cta in aris daemonum. Ysa.
quod sit fact. Ysa. viii. Cum
dixerint etc. Iere. xxvii.

sortilegi. Nota in textu et in ap. quid sit sors. et nota in textu quod numquam divinatio in bona parte accipitur.

Nota in textu quod species divinationum sunt multae etc.

Nota in textu quod nigro graece latine mortuus dicitur; ad quos suscitandos etc.

Nota ap. unde dicitur ars phisonomia.

Nota in textu quod omnis divinatio prohibita est etc.

Item in Levit. Non augurabimini, nec observabitis somnia. Item in eodem. Anima que declinaverit ad magos et ariolos et fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, et interficiam illam de medio populi mei. Item non est augurium in Iacob nec divinatio in Israel. Item Apostolus: quibus iam talia servantibus dies observatis et menses et tempora et annos, timeo ne sine causa laboraverim in vobis. Item dixit Dominus discipulis: Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate. Item Aug. Hec vanitas magicarum artium ex traditione malorum angelorum in toto terrarum orbe plurimis seculis invaluit, et per inventores eorum inventa sunt aruspicia, auguria, et ipsa que dicuntur oracula et nigromantia. Item Aug. Non observetis dies qui dicuntur egyptiaci, aut kalendas ianuarii in quibus cantilene quedam et commessationes et ad invicem dona donantur, quasi in principio anni boni fati augurio; aut aliquot menses aut tempora, dies vel annos, aut lune et solis cursum. Quia qui has et quascumque divinationes aut fata aut auguria observat aut attendit aut consentit observantibus, aut talibus credit, aut ad eorum domum vadit, aut in sua domo introducit ut interroget, sciat se fidem christianam et baptismum prevaricasse et paganum et apostatam, id est retro abeuntem, et dei inimicum iram dei graviter in eternum incurrere, nisi ecclesiastica penitentia emendatus deo reconcilietur. Dicit etiam Apostolus: Sive manducatis sive bibitis sive aliquid aliud facitis, in nomine domini nostri Iesu Christi facite. Item in quo vivimus, movemur et sumus. Ideo prohibet hec omnia contemptibilia et abhorret ecclesia sancta catholica, ut xxvi. q. ii. et q. v. per totum et q. vii. Non liceat, et in iiii. capitulo [?] et e per totum. Sed contra hec predicta obicitur quod Iosue precepto domini sortibus exquisivit peccatum Achor, qui commiserat furtum tollens regulam auream et clamidem coccineam de anathemate Iericho. Item Saul sorte deprehendit Ionatham filium suum comedisse favum mellis contra edictum quod posuerat ipse. Item Ionas cum fugeret a facie domini sorte a nautis deprehensus fuit. Item Mathias sorte in apostolatum et in Iude successorem electus est. Item ait Aug. Sors non est aliquid mali, sed res in humana dubietate divinam indicans voluntatem. Ad exempla obiecta dic quod hec et multa alia ante evangelium permittebantur que tempore perfecte discipline penitus sunt eliminata, xxvi. q. ii. c. [?]. Item dicit Ier. Privilegia singulorum communem legem non possunt facere. Ad illud Aug. dicas quod sors non est aliquid mali ex sui natura, tamen prohibetur quia per assiduitatem labitur talis in ydolatriam, sicut de iuramento et periurio [?]. Unde si esset causa honesta et ubi esset necessitas, ut si esset contentio de electione aliquorum et esset paritas utrobique in omnibus, credo quod exemplo Mathie possent fieri sortes. Et hoc ait Beda dicens: Si qui necessitate aliqua compulsi deum putant sortibus apostolorum exemplo esse consulendum, videant hoc ipsos apostolos non nisi collecto fratrum cetu et precibus ad deum fusis egisse. xxvi. q. ii. [?]

Levit. xix. De his etiam Deut. xviii. Item eod. xx. Non est augurium. Num. xxiii. Apostolus Gal. iiii. Act. i. Aug. xxvii. q. ii. [?] sine salvatore. Aug. xxvi. q. vii. Non observetis. Apostolus Rom. xiiii. i. Cor. x. Item in quo vivimus. Actuum. Hucusque fuit illud Aug. Iosue vii. Saul i. Reg. xiiii. Ionas i. Mathias Act. i. Aug. xxvi. q. ii. Sors non est. Ieron. xxvi. q. i. c. [?] et q. ii. Non exemplo talis, i. sortilegis [?] ... electionibus ... sortis [?] ... in electionibus ... [?]. Extra de elect. [?]

Nota in textu hec vanitas magicarum artium ex traditione malorum angelorum etc.

Nota obiectiones contra predicta.

Nota dictum Augustini responsionis ad ipsas obiectiones.

Item. Cum quedam civitas esset obsessa et dubitaret clerus qui deberet fugere qui manere. Consuluit Aug. Resp. sorte illud dirimendo.// Item. Nota quod condempnatur hic rustici qui fugant tempora ad sciendum vel arbores incidendas vel similia quando certum et equale in lunam idem est ita debant fieri. Item de phisicis et medicinas dandis et minutiones faciendas et similia de quibus certa et manifesta ratio reddi potest per physicam probatus h. xxvi. q. ii. illud. in. Ad hec genus superstitionis pertinet omnes ligature atque remedia que medicorum quoque disciplina condempnat. et. de c. q. vii. non observetis. in quo talia observant inutile et sic cum etc. Item. qui aliquis vel aliqua colligit herbas medicinalem cum symbolo divino vel oratione dominica. vel scribit in carta symbolum vel orationem dominicam ut ponat super aliquem infirmum, ut sic solus tamen deus creator omnium et dominus honoretur non reprobetur dum tamen nulla alia superstitiosa observantia misceat. xxvi. q. v. Non liceat. et. q. vii. Non observetis. De pena sortilegorum.

Pena talium est multiplex. Primum quia non debent recipi ad eucharistiam si notorium est peccatum. sicut nec histriones. de. c. di. ii. pro dilectione. Item non debent admitti ad accusationem. ii. q. viii. Qui sunt. Item debent excommunicari. xxvi. q. v. fere per totum. Item si post ad monitionem vel excommunicationem noluerint se corrigere si servi sunt debent verberibus castigari. Si liberi includi in carcerem. Si vero clerici sint de perpetuo turpiter dehonestari. i. degradati vel deportati eiciendi. et hoc per episcopos suos auctoritate fieri. dum tamen caveat a membri detruncatione morte et sanguinis effusione. vel si necesse sit invocet brachium seculare. xxvi. q. v. episcoporum. epi. di. l. xvii. non licet. Et leges capite puniuntur. C. de mal. et math. Nemo. Item de clericis vel religiosis quibus vasa vel ornamenta ecclesie vel similia furtim subtracta sunt vel etiam de laicis quibus res proprie furto sublate sunt

condempnatur. Sequitur ubi sunt in peccatum sunt quibusdam nocte et certa diebus sunt in quibusdam rebus suspiciendis vel ligandis vel solvendis sicut etc. in aureis annulo sigillato aurum vel ... in ossibus aut in aliqua digitis. Item. In singultiendo ... manum pollicem tenere. Item. Qui numerum ... sciunt in miciis ambulationibus animalia pis aut per medium fruerit. Item. Tum calcare cum ... domum suam transit ... ad lectum si ... rit ... calcat ... re ad domum si precedens offendit. Item. Qui constellatione sub qua nascitur puer actus vel actionum eventus predeterminari ... Item ... ad suam dampnationem ... ad suam salutem ... serviunt in carta. Et hec

potest haberi quando sunt reprobanda brevia que fiunt et ascendunt ... continent non solum evangelium. Sed superstitiosum est si credatur quod minus prosit sanctis efficacie si servant post lectum evangelium aut per minuta aut alia die quam si cum proferuntur verba evangelii que ibi continentur. Illa autem brevia in quibus scribuntur quedam caracteres et quedam nomina inusitata. que nomina dei increbibilia. Et in quibus dicitur. Quicumque super se portaverit istud breve non periclitabitur sic aut sic. aut istud aut illud bonum ei eveniet. procul dubio reprobanda sunt nec portanda. et peccant qui scribunt ea aut portant aut donant aut vendunt aut portanda docent. Nec adeo sunt simplices quod ignorantia eorum debeat excusare. Quia non excusat si simpliciter fuerint amoniti vel instructi. Item. Sed quid de curationibus vel ... qui curationes ... vel ... vel alia. Sunt peccant mortaliter. Responsio. Si nichil superstitiosum dicunt aut docent aut faciunt. sed tamen utuntur licitis precibus et adiurationibus sicut per passionem et crucem et similia. non credo quod peccent mortaliter si talia fecerint post prohibitionem ab ecclesia ei factam. Credo quod prohibendi sunt viri et mulieres a talibus. quia multa inutilia et superstitiosa solent admiscere. Vel forte sit sacerdos religiosus et discretus. aut etiam laicus sive vir sive mulier excellentis vite et probate discretionis qui sola oratione licita super infirmum vel super pomum aut pirum aut cingulum

No. Item ex. ad hoc gen. etc.

No. Item ex. Item si aliquis etc.

Quid de sacerdotibus etc. No. ex. ex apparatu.

No. Illa autem brevia etc.

Nunquam potuerint investigare per inspectionem astrolabii vel similia. Ad hoc dicas secundum omnino quod si sit ibi invocatio demonum vel aliud superstitiosum nullo modo licet. Immo gravissime peccat quicumque facit. extra. e. de sortil. Ex tuarum. Ubi quidam licet ex nimia simplicitate et bono zelo fecisset. fuit tamen suspensus ab officio et beneficio. Si vero tali inspectione fieret super astronomiam sine invocatione demonum vel alio superstitioso adiuncto forte posset admitti. arg. a contrario sensu. palam dicitur. et d. xxxvij. Si quis grammaticam. et ita dicunt quidam. tamen in eodem decreto dicitur quod licet quarumlibet artes in se contineant veritatem. tamen quia non sunt secundum pietatis non est in eis studendum. Item quid de sacerdotibus qui cum dolore persone anteq altare vestibus sacris exuunt aut quibusdam aliis lugubribus veste operiunt aut consueta luminaria subtrahunt. aut altare vel crucifixum spinis circumdant. Quid etiam de illis qui pro vivis scienter celebrant missam defunctorum. vel sub nomine illorum quos odiunt feretrum cum obsequiis mortuorum in medio ecclesie ponunt vel alia similia faciunt ut illi citius moriantur. Ad hoc dico quod si ad preces suorum fiat propter odium personarum gravissime peccat qui facit. et nisi per penitentiam legitimam se purgaverit debet deponi. Si vero propter causam communem. puta quia metuunt contaminationem sacrorum ordinum vel subversionem fidei vel hospitalitatis subtraccionem vel obsidionem vel dominorum iudicum sententiam timent. et ideo talem quid fecerit non dicitur peccare. Quia in tali facto pluribus humilitas qua deus placatur quam iniuriosis dolositas declaratur. Et hoc tenet consuetudo ecclesie. Propter solum caritate. Et veneruntur

Aut similia est informacione manuum imponunt. Inter que et super corpus egrorum manum imponunt et benedictionem habent. Quod si hiis proibere a talibus. quia forte timeas quod ad exemplum illorum consuetudo superstitionis curiatoris vel usurpationis abusum trahere velle ex illorum astrolabii. Astrolabium est tabula vel instrumentum astronomorum in quo inspiciuntur et notantur cursus et motus astrorum. Invocatis demonibus. Numquam illud preceptum fiat irregularem. vel si quis sacrificet ad numina. id est ministri demonum ut fiat diues vel similia faciat. numquam incurrit irregularitatem. Aut quid de sacramentis ecclesie. scilicet eucharistia. vel crismate vel de oleo vel aliud sanctum faciat ea que sunt. baptizat imagines. Et hoc. Cum talia videantur esse enormia propter ydolatriam aut propter enormem superstitionem que sunt occulta generant irregularitatem secundum quosdam. secundum alios non. Et hoc in dubio consulendus est talibus quod petant dispensationem. ne timeant propter se ad eorum quod aliter non sit eis salutis et absolutionis sine de predictis si peccaverint. Si vero hec predicta notoria sunt secundum omnes indigent dispensatione. Vide de hoc plenius. i. de lapsis et dispensatione. forte. Sed non dicit forte quod ideo quod hec sunt predicta sed non possit. Contrario sensu. Et quod dicitur in illa decretali quod illicite quo ibi agitur sunt cum quidam infirmi ad investigandum furtum. ecclesie precedenti. Non dicitur ibi hoc. sed vide. xxvi. q. ij. § hiis ita. dicit quod astronomia et astrologia in consuetudinem abierunt quod de scientia curiositate verissima erant hiis scientibus. dummodo vacabatur hiis que saluti animarum erant accommodata. Studendum. Intelligas longo tempore. potest tamen in hiis studere non ad voluntatem. sed quia quo ea que ibi sunt verba ad usum sacre scripture conuertantur. quantum intelligere sibi contenti conuertuntur. Et hoc bene patet si contra mathematicos velit disputare vel philosophos hiis artibus utentes. xxxvij. d. c. Cum. § et e. q. de vita. Cum eodem. supple faciant hoc aliquis. vivunt

gentes. sed in signum tristicie in die veneris sancti altaria spoliare. Hoc tamen distinguendum videtur. Illi qui pro vivis scienter celebrant officium mortuorum. Etiam tales si fuerint detecti indistincte deponi debent. et ad agendam penitentiam tamen ipse sacerdos qui quicumque eum ad hoc invitavit. debet exilio perpetuo et ergastulo seu monasterio relegari. Hoc totum hec expresse in concilio tolet. XXVI. q. v. Quicumque. Quid de quibusdam sceleratis mulieribus que conuerse et professe cum diana dea nocturnis horis paganorum vel cum herodiade et innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias et multa terrarum spatia intempeste noctis silentio pertransire. et eius iussionibus obedire velut domine. et certis noctibus ad eius seruitium euocari. Asserunt et ab illis aliquos credunt posse in melius vel deterius immutari.

Nota in ap. sicut quasi illud peccatum contra tertium scilicet etc.

Infra ex. scilicet de sacerdotibus. Nota hic in notario duas questiones et ratione ad ea.

Nota. Quod de quibusdam sceleratis mulieribus etc.

aut in aliam speciem uel similitudinem transformari.
De hiis dicit August. ad Consentium. quod non a diuino spiritu sed
maligno talia fantasmata mentibus fidelium
non irrogantur. Ipse enim sathanas, ut dicit Apostolus, transfigurat
se in angelum lucis et transformat se in diuersarum personarum species atque similitudines, mentem quam
captiuam tenet multipliciter deludit. Neque dicatur
aliquis uel aliqua in tantam uenire stultitiam
ut credat hec omnia que in sompnis a spiritu tantum fiunt
et in corpore accidere. Cum etiam Paulus non audeat asserere
se fuisse raptum in corpore. Uerumtamen qui talia credi-
derint uel asseruerint peiores infidelibus sunt et pa-
ganis deteriores. xxvi. q. v. Episcopi. Ite. cum tamen
sit quod fides non esse uidetur in auguriis sortibus et
incantationibus. Item de diuinatoribus qui dicuntur esse euenire
ea que postea futura sunt. Quod autem tales homines sepe liberant
egrotos et inmittunt egritudines. August. mouet
hanc questionem et soluit dicens: hoc sit permissu
dei ut illi qui hec audiunt et uident probentur
et qualis fidei sint erga deum. Et hoc probat auctoritate
Deut. Si surrexerit in medio tui
propheta aut qui sompnium dicat se uidisse et
predicat signum atque portentum et euenerit quod
locutus est et dixerit tibi: Eamus et sequamur deos
alienos quos ignoras et seruiamus eis: non
audies uerba prophete aut sompniatoris. Quia temptat
uos dominus uester, ut palam fiat si ipsum diligatis
temptatur et aliis hominibus non ad eos. Quia ipse scit omnia antequam fiant. Utrum
diligatis eum aut non. xxvi. q. v. Nec mirum. Et hec de sortilegiis sufficiant.

Supple uero prius interrogentur. De hac ibi. Quod dominus hoc dicit ecclesie
credite et credendo a recta fide deuiant et errore paganorum inuoluuntur et aliquid quidem diuinitatis aut numinis ex-
istimant deum arbitrantes. Quod significat ii. cor. xi. Deludit
hiis etiam ibi In sompnis deludentur in terra uel in celo uel in
cognitione uel incognitas personas ostendunt per quas aliquem decipiunt
nisi deuiant et cum dicitur de diu partis suis ii non au-
det in corpore euenire arbitratur. Asserere ii. cor. xii.
Credidit. postquam uirtute talibus audierit ueritatem asseruerit
peruenerit auguriis quod summa in tabulis uel codi-
cibus psalteriis uel euangeliis. ex. c. c. i. Item de diuinatoribus.
Sub hec comprehendit obseruationes kalendarum ianuariarum ri-
tu paganorum ut ad plus noui fiat per nouum annum
aut cum secula lapidibus aut epulis preparentur. xxvi. q.
vii. Non obseruetis. Sub hiis et comprehenduntur obseruationes dierum
egyptiacorum temporum dierum horarum. Item mensium ad ad-
seruandum uel non seruandum uel faciendum mortem uel ui-
tam hominum. prouisa aduersa et sompnia et sortes
plures et auguria auium. carmina herbarum. preterea
que scripte pro quibus infirmitate sua homines et alia ponunt
pro symbolo et ordinem diuinitatis. Quia talia non reme-
dia conferre possunt aut aliquibus languentibus claudicantibus aut morbidis quibusque medem. sed sunt laquei
diaboli et insidie ad homines decipiendos. Sub hiis et com-
prehenduntur dona data in kalendis ianuariarum uel strenarum
augurio. Et hec omnia habentur. xxvi. q. vii. a nomine
et duobus capitulis sequentibus. Deut. xiii.

De feriis sollempnibus.

Dictum est supra de sortilegiis et diuinis qui
ea que dei sunt quantum in se est usurpare presumunt
consequenter de feriis sollempnibus sunt festis in quibus debitus
honor ipsi deo a plerisque subtrahitur. uidendum. Ubi notandum
quare dicantur ferie. Et distinctio earum. Quid in eis agi debeat
Unde. Dicuntur ferie quasi feorie. eo quod prestantur uacationem ab
hiis que agi consueuerunt in foro. uel dicuntur ferie quasi festiue. Ferie
autem alie sunt temporance. ut que dantur pro fructibus colligendis. Et alie
duorum mensium. Alie repentine. ut que dantur a principe ob rem prospere gestam. uel quia de-
uicit saracenos uel hereticos. uel natus est ei filius. Alie sollempnes siue festi-
ue. Primas autem duas species relinquo tibi laboratoribus in mundo ac disceptantibus in foro de-
uia persequantur. Sunt ergo ferie sollempnes siue festiue precipue festiuitates per cir-
culum anni. uidelicet natalis domini. sancti stephani. sancti iohannis euangeliste. sanctorum innocen-
tium. sancti siluestri. Octaua domini. Epyphania. purificatio sancte marie. Dies paschalis.

Dictum est supra de ferie. Et sciendum quod
ferie possunt
dici ferie a pharos
quod est dies et foro quasi dies
a foro. uel ferie dicuntur
quasi ferida uel feriata laborantibus quia temporance
dantur pro fructibus
colligendis que prestantur in
immunitate aliquibus

cum tota ebdomada. Rogationes tribus diebus. As-
censio domini. Dies pentecostes. Sancti Iohannis bapt-
iste. duodecim apostolorum. et maxime sanctorum Petri et Pauli
qui mundum sua predicatione illustraverunt. Sancti
Laurentii. Assumptio sancte Marie virginis. Na-
tivitas sancte Marie eiusdem. Dedicatio sancti Mich-
aelis archangeli. Dedicatio cuiuscumque oratorii. Et
omnium sanctorum. Sancti Martini. Et ille festivita-
tes quas singuli episcopi in suis episcopatibus cum populo
collaudaverint que vicinis tantum circummoran-
tibus indicende sunt non generaliter omnibus. Hoc tamen
ultimum intellige de sanctis canonizatis auctoritate
ecclesie Romane. quia episcopus non potest per se aliquem san-
ctum canonizare. extra de reliquiis et venera-
tione sanctorum. c. i. Reliquie. Ubi festivitates
paganorum non sunt cogende ad feriandum. nec
prohibende. Indictum vero ieiunium quod fuit de-
nunciatum ab omnibus observetur. Hec ita scrip-
ta et declarata sunt in concilio Lugdunensi. de consecratione di. iii. pro-
nunciandum. Item statuit et precepit Eusebi-

us in foro. Tribus diebus. Isti tres dies non observantur a labo-
re manuali de consuetudine. pentecostes. scilicet ipsa dies
cum duobus diebus sequentibus. Assumptio et omnia festa beate
virginis. Dicto ihesu christi e. Conquidus. Michaelis in
monte Gargano. Hec tamen. Invenitur in alia capitu-
lo de consecratione di. iii. pronunciandum. Et in glossa dicit quod non licet pu-
blice venari aliquid proposito sine auctoritate pape. quinque se cu-
plina fiant innatalia. Vel que. Item ieiunium illud pro-
prium capituli. scilicet pronunciandum ieiunium. xl. Et vigilias
apostolorum. et iiii. temporum et alia sollempnia ieiunia
ab omnibus qui hanc adultam etatem. Et dico quia
xx. annis et quibusdam illa ea etate in qua testamento
homines reputabantur idonei ad bellandum. nec ante
hanc etatem credo aliquos esse compellendos ad hec ieiu-
nia. Et est statim post illa quam dicit i. xxi. x. xvii.
anno debitores quam alii in xviii. Ubi in talibus ad ar-
bitrium boni viri recurrendum est. Quid de labo-
ratoribus in vineis fullonibus aut ministeriis me-
tallorum et ceteris talibus qui opus cum magno labore
[illegible] tenentur ad hec ieiunia. Respondeo. Si adeo
pauperes sunt quod per seipsos oportet colere vineas proprias
et adeo debiles sunt quod non possunt laborare nisi frangant ieiunium. Aut si oportet eos facere opera sua labore pro
victu suo et familie sue. quia forte non invenirent qui conducerent opus suum si frangerent ieiunium. non debent
sibi providere possunt. Aut si famuli sunt aut rustici qui debent opus domini sui. non credo quod peccent mortaliter
solvendo ieiunium hoc. Si autem sunt divites qui possunt per alios conductos operari non excusantur. Sed si volunt
laborare personaliter ita partiantur laborem partim ante prandium partim post prandium laborando
quod non oporteat eos solvere ieiunium. credo enim in talibus necessitatem excusare. Glossa dicit extra de consecratione di. v. Consideran-
dum est quod ieiunium quadragesime non est solvendum nisi necessitas infirmitatis cogat. Et de consecratione di. iii. dicit
ieiunia legittima non esse solvenda nisi grandis necessitas cogat. Et credo quod quod non tenetur iudicare proprie
hec ieiunium frangendum cum non conveniat alii iudicare. De peregrinis et viatoribus dico quod si tenentur
peregrinari. quia compelluntur exulare vel exercitum vel ad preceptum ecclesie ultra mare pro pec-
catis graviter imminente excusantur a ieiunio si non possunt commode ieiunare. Si autem non tenentur ad hec viatores
si sponte hanc peregrinationem acceperunt peccant iter aggrediendo temporibus ieiuniorum hoc. Vel nisi autem sit
convenit quod possint perficere peregrinationem ante tempus ieiuniorum. Et si contingat propter laborem oporteat eos
solvere ieiunium et si monachi sunt ante quadragesimam a sacerdotibus. Et qui sic solvunt ieiunia hec
propter spontaneam viationem tenentur alio tempore recompensare vel aliter satisfacere ad consilium ecclesie. Glossa non dimit-
tit peccatum si et cetera. et agitur de primam de solutione ieiunii. Si autem aggrediatur viationem cum
forma predicta. licet peccaverit aggrediendo si tamen dum est in via ex causa necessitatis solvat ieiunium non peccat
licet ex culpa sua venerit in hanc necessitatem. Dicunt secundum quosdam pollutionem nocturnam non esse
peccatum. sed quod si forte fuerint causa et ex culpa precedenti pollutio provenerit aut furtum et cetera. diversi
quorum est usus necessarius credo quod si non possint currere et ieiunare excusantur si solvant ie-
iunium. Cum vero morantur cum dominis suis in aliquo loco aut cum modicas vadunt ieiunare de-
bent. nisi forte immineat eis grandis viatio quam ut possint perficere solvant ieiunium primis
diebus ante. De servientibus nobilium qui hominibus sunt ad nutum eorum diutius perficiendis

Nota item quod episcopus non potest per se aliquem sanctum canonizare et cetera.

Indictum vero ieiunium et de non et cetera. et ad quod. Et nota in glossa de laboratoribus et cetera.

Nota de peregrinis et cetera.

Nota viatores

Impetus
Nota de cursoribus et cetera.

Nota de servientibus nobilium et cetera.

pp festum inventionis sancte crucis . v. non. maii . sollempniter celebrari . ut
q. di. iii. crucis . Item nota quod non fit mentio de annunciatione sancte marie .
cum tamen sit celebre festum . nec de conceptione eius . quia illo tempore debet cele
brari . Item eo quod excepta sunt in predictis sicut veteribus . excepta vin
cula petri . que non ex virtute decretalis sed consuetudine [illegible] sollempnia . Item de die
bus autem dominicis certum est omnes simul et principales festivitates con
tineri . Unde in decalogo mandavit dominus . exodi . xx . ut diem sabbati
sanctifices . Sed forte dicet aliquis non de dominica precepit sed de sabbato .
Ad hoc respondeo . quod verum est ibi de sabbato tenendo et post mortem domini de do
minica . Sabbatum autem non debemus ab illo tempore colere . ne videamur
iudaizare et predicatores antixpi etc. Dominicam vero colere debemus
propter honorem et gaudium dominice resurrectionis . greg. Romanis pervenit
ad me . quosdam perverse spiritus homines prava inter vos aliqua et sancte fidei
adversa seminasse . ita ut die sabbati aliquid operari prohiberent .
Quos quid aliud nisi antixpi predicatores dixerim qui veniens diem
sabbatum atque dominicum ab omni opere faciet custodiri . Quia enim mori
se et resurgere simulat haberi in veneratione vult diem dominicum
et quia populum iudaizare compellit ut exteriorem legis ritum re
vocet . et sibi iudeorum perfidiam subdat . coli vult sabbatum .
de. c. di. iii. pervenit . et in sequenti . c. sabbato . dicitur . diem dominicam
ob venerabilem resurrectionem domini
nostri ihesu xpi non solum in pascha celebramus
verum etiam per singulas ebdomadas ipsius diei
imaginem frequentamus . Item . petrus apo
stolus die dominica nichil aliud agendum est nisi
deo vacandum . Nulla operatio in illa sancta die
agitur . nisi tantum hymnis et psalmis et canti
cis spiritualibus dies illa transigatur . de. c.
di. iii. Ieiunia . Item tanta est excellen
tia huius diei [illegible] imitandum est . quod per doctrinam aliquam generalem . Item queritur utrum petenda sit dispen
satio super solutione ieiunii . dic quod si constat omnibus vicinis de causa propter quam solvendum est ieiunium
non est necessarium quod petatur licentia aut dispensatio . Si autem dubium sit et illi quibus solvendum est ieiunium
et aliis [illegible] necessaria petenda est dispensatio ab episcopo loci si commode possit haberi copia
eius aut non timeatur de periculo si expectetur episcopus . alias sufficit licentia vel dispensatio proprii sacer
dotis . Auctoritate tamen sua non debet quis solvere hec ieiunia . Si autem infirmo constat de sufficientia cause
sed aliis non constat , si tamen probabiliter quod alii scandalizentur si solvat ieiunium , faciat hoc latenter .
Alias non tenetur . Inventionis festum exaltationis sancte crucis [illegible] celebrandum est . annunciatione . forte propter hoc de
illa non fit mentio . quia tempore illius decretalis nondum erat forsitan sollempniter instituta . hoc dicit . [illegible]
quod festum [illegible] de sanctificatione eius in utero quam de carnali eius conceptione . Epiphanie . scriptum in
hymno [illegible] supra dictum est . verbum dei factum caro fructus ventris profert . exemptio . ex . xx .
[illegible] prohiberent . Item quod vota mulierum facta de vacando in sabbato et feria [illegible]
custodiunt talia vota si suspecte sunt mulieres quod velint iudaizare . alias non est necesse . Si vero
faciant propter venerationem beate virginis . dicitur . ubi quod sabbato ieiunandum est . Ieiunia . ubi dicit

siet cum nec presumant
absque licentia comedere
comedendo extra locum [illegible]
bant modicum ne defi
ciant in veniendo et hoc
faciunt iam potius [illegible]
vel parum autem . Item quod hec
tivitatem temporis to
tum debet reputari v
na refectio non ideo quod [illegible] .
sic non peccant iuvenes
mediocrum [illegible]
[illegible] de mensa dominorum suorum
ut vadant ad vinum [illegible]
petunt [illegible]
tes iterum comedunt .
Item idem de regularibus
qui debent legere ad men
sam in refectorio quod
dictum est de iuvenibus
nobilium dum tamen ha
beant licentiam . De novitiis et iuvenibus [illegible]
quod si solvendo ieiunio alii non solvendo ieiunio vel
non solvendo tenentur magis discretioni prelatorum suorum aut
dispensationi [illegible] committo . Item de mulieribus
pregnantibus et nutricibus dico quod si timeatur probabi
liter de periculo earum si ieiunaverint vel de fetuum
suorum vel de puero ad ubera non solum possunt sed etiam tenentur
solvere ieiunium propter quod sicut a infirmitate aut debili
tate solvi possit ieiunium ab infirmis et debilibus .

libri
finis
resurrectionem

De annunciatione sancte marie nota et ex. et quid in ecclesia [illegible] de eius conceptione.

Nota . [illegible] de regularibus etc.

Nota de novitiis et iuvenibus etc.

Nota de mulieribus pregnantibus et nutricibus et cetera.

Nota . Si queratur utrum petenda sit dispensatio etc.

Nota quod vota mulierum de [illegible] vacando

huius diei q(uod) in ullo alio die preter est consecrari. Q(uod) propter sicut ait Leo papa. tum ex consuetudine tum ex apostolorum doctrina. q(uia) tali die imposuit manus primo et luminale ex spiritu sancto precepto eum mittet eos ad predicandum evangelium. Et distinguit idem dicens q(uod) tantis divinarum dispensationum misteriis est consecrata. ut quicquid insigne a domino est constitutum in terris in huius diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordium. In hac per resurrectionem et mors interitum et vita accepit principium. de. lxxv. q(uo)d die dominico.

Item. Sabbatum quo dicitur deus requievisse ab omni opere etc. et q(uod) amplius in lege dicitur custodiri preceptum. partim fuit cerimoniale. partim morale. preceptum cerimoniale quo ad hoc q(uod) erat figura illius sabbati magni in quo Christus requievit postea in sepulchro. Morale in hoc q(uod) erat cessandum ab omni servili opere et vacandum orationi et spiritualibus operibus. sed q(uod) cerimoniale debuit servari ad litteram quousque veniret veritas. s(ed) q(uod) morale est et fuit servandum. n(on) tamen est in sabbato sollempnizandum ad litteram ne videamur iudaizare. non enim decet filios dei iudaizare. apostolus ad Col. Nemo vos iudicet in cibo vel in potu aut in parte diei festi aut neomenie aut sabbatorum que sunt umbra futurorum. Col. a. c. i. Veritas huius umbre est Christus. id est ad Christum pertinet vel significat corpus Christi q(uod) assumpsit de virgine. vel q(uod) est ecclesia et multa similia hic disputat apostolus ad Heb. iii. et iiii. Item. Christus iudeis querentibus eum interficere eo q(uod) hominem sanavit in sabbato. Ait. pater meus usque modo operatur et ego operor. et hunc intellectum aperte probat apostolus dicens. hii q(uod) per ipsum et in lege precepit deus de sabbato custodiri tenere potuit. quamdiu legem iuxta litteram servavit. Ac postquam venit Christi gratia precepta legis que iuxta litteram data sunt servari non possunt. Nam si quis dicit hec de sabbato esse servanda dicat per carnalia sacrificia persolvenda dicat preceptum de circumcisione adhuc esse tenendum.

q(uod) quarta et sexta feria ieiunandum est. Sed quid si fuerit absque necessitate vel cum tradentibus salvatorem nostrum fideles vel cum crucifigentibus crucifige. Sed tamen dicitur in canone de ieiunando in quarta feria et sabbato vel licite est vel loquitur de consilio et honestate. vel derogatum est ei per ecclesiam consuetudinem de ieiunio vi. ferie. Item q(uod) servanda est consuetudo illorum. hec quoque vivunt cum videamus christianos et plures regulares non observare illud ieiunium. Ait. lxxv. d. q(uo)d die. Imposuisse [illegible] .xiii. Sabbatum quod et preceptum de sabbato observando [illegible]. i. et ii. precep. exo. xx. Sabbati. excepto eo q(uod) est de [illegible]. Item precep. a passione [illegible] morale. Quidam tamen dicunt q(uod) in nullo fuit morale sed tamen misticum vel ceremoniale. Et distinguitur q(uod) in lege mosaica fuerunt quedam moralia que precedunt huius observantiam. Quedam mystica significantia aliud quam littera videatur sonare. Et horum quedam erant sacramentalia de quorum observatione aliquando ratio reddi potest ut de sabbato et circumcisione. Alia erant cerimonialia de quorum observantia nulla ad litteram reddi potest ratio. ut non arabis in bove et asino. non indueris veste lana linoque contexta. et non sacramentalia et cerimonialia sunt hodie ad litteram observanda. Sed sola moralia. Col. ii. significat. veritas umbre. in morte operatur. et ita non cessat operari sabbato. Sabbato custodiendo. pervenit. non est hodie in nos [illegible] sed solebat esse. ex. i. de observatione. et ideo dicit magister h(oc) q(uod) est ex titulo [illegible]. Non sabbatum. Iudaismo nisi per reverentiam legis sabbatum observetur. Sed sic per reverentiam beate virginis. Sicut faciunt quedam mulieres. antiche spi. Non et similiter amatores [illegible] ad [illegible].

Et nunquam peccavit qui coreas mortaliter ducendo [illegible] sui in profestis diebus.

Item. Credo q(uod) hic [illegible]

adhuc esse tenendum. ex. ii. Pervenit. dicit Pal. q. Aug. de c. d. iii. Pronunciandum est laicis ut sciant tempora feriandi per annum. Id est omnem diem dominicam a vespera usque ad vesperam ne a iudaismo capiantur. Quis dubitet idem in sabbatum sed diem dominicum esse colendum q(uia) per spiritum sanctum a sanctis patribus statutum est et oportet. Diebus festivis debent homines vacare hymnis et psalmis et canticis spiritualibus. de c. d. iii. Ieiunia. Item. predicationi et virtutibus et regulari discipline magis quam in aliis diebus.

Nota in cap. q(uod) veritas est que cessavit. que incepit a passione Christi. Nota distinctione q(uod) ille [illegible] moralia etc.

Nota in cap. Gregorii. Quando peccat mortaliter ducendo coreas et cetera.

extra de vi. et ho. cle. Cum decorem. extra de statu mo. Cum ad monasterium. § iii. extra de feriis. licet. Ut autem possint melius vacare debent abstinere ab omni opere servili. Non solum a peccato, quod servile dicitur, eo quod facit ad servitutem diaboli servum, sed etiam a mechanicis et ab agricultura et ab aliis similibus. Videlicet ut mercatum non fiat, nec placitum, nec aliquis ad mortem vel ad penam iudicetur, nec sacramenta [illegible] iuretur nisi pro pace facienda. xv. q. v. d. iii. Rogationes. extra e. c. [illegible]. xv. q. iiii. c. i. ii. et iii. Item de hiis mechanicis et secularibus extra [illegible] dicitur in mandato Dei: Sex diebus operaberis et facies omnia opera tua. Septimo autem die sabbatum est Domini Dei tui. Non facies in eo opus, tu et filius tuus et filia tua, servus tuus et ancilla tua, iumentum tuum et advena qui est intra portas tuas. // Item non debent [illegible] de uno [illegible] ne illo [illegible] vino et carnibus gallinis [illegible] a divino officio. Placitum. Exod. xx. Operaberis.

faciunt cum iocando vel saltando alios ad libidinem. Aut si choreas ducant de consuetudine, licet non faciant hoc corrupta intentione, videtur esse peccatum mortale, sive diebus festis hoc faciant sive profestis, cum inspicientes adeo provocentur ad libidinem, quod dicam credo in quodam simili, quod non credo viro si dicat se illesum evasisse a spectaculis talibus, cum David ex eo quod vidit Bersabee lavantem se ad libidinem provocatus sit. Si autem aliquis vel aliqua muliercula raro et sine corrupta intentione immisceat se huiusmodi choreis, non audeo dicere quod sit peccatum mortale. Sed et non audeo eum vel eam assecurare a peccato mortali, cum immittit se periculo et provocandi alios ad libidinem, et ipso facto videatur approbare choreas et exemplo suo auctoritatem aliis similia faciendi prestare. Faciat. Io. viii. Qui facit peccatum servus est peccati. Agricultura. Ad opus rusticum. Set quid de illis qui diebus festis tamen pro Deo arant agros pauperum vel aliquo laborant ad opus eorum vel congregando vel alio modo, numquid peccant? Respondeo: Non credo vel quod dominicis diebus vel precipuis et in maioribus sollempnitatibus, scilicet festis Christi et beate virginis, aut die passionis aut apostolorum Petri et Pauli talia liceat fieri. De ceteris autem festivitatibus et diebus feriatis Pasche et Pentecostes quantum ad hoc credo quod liceat secundum consuetudinem regionis quam ecclesia localiter non reprobat. Si autem dubitetur utrum ecclesia talia sciat et sustineat, recurratur ad sacerdotem loci ad episcopum ut supra huiusmodi e. titulo eodem. Ad hoc autem quod talia licite sustineantur aut fiant, oportet quod pro hiis laborem non recusent laboratores ab audiendis divinis que tenentur audire, et quod principaliter talia fiant propter Deum, non propter affectionem carnalem aut spe remunerationis terrene sive in presentia hominum laborantium aut aliorum, et quod necessitas paupertatis illorum eius hoc videtur exigere. Et precipuis etiam festivitatibus credo quod si non sit prohibitum vel consuetudine loci contrarium liceat ad operari circa edificationem ecclesiarum et sacerdotum locorum et edificiorum ad opus ministrorum ecclesie pauperum, presertim eorum qui redditus non habent. Ut si oporteat trahi currum ad ferendum lapides, vel imponi aut afferri ligna que aliter commode fieri non possunt et similia. Vel si oporteat transferri lapides de loco ad locum. Vel si oporteat mundari aliquem locum. Ita tamen quod laborantes non perveniant ad nimiam fatigationem et tedium ex diuturnitate laborandi, quia tunc hec festa respectu eius deteriora essent quam prius et delectationem. Non credo quod debeat totis laborari pro toto die vel usque ad nimiam fatigationem ut dictum est. Vel propter hunc laborem dimittant audire missam, quam non debent dimittere, quia non debent dimittere id ad quod tenentur. Queritur: Numquid peccant mortaliter qui vadunt ad mercata que fiunt die dominica vel aliis festis precipuis maioribus? Respondeo: Si aliquando hoc faciat propter suam necessitatem aliquam non consuetudinarie, non credo quod peccet mortaliter. Si autem hoc ducatur in consuetudinem aut hoc faciat ex improba cupiditate lucrandi, sicut faciunt mercatores qui propter frequentanda mercata et nundinas vix vel numquam intrant ecclesias suas, credo quod peccent mortaliter. [illegible] licet autem [illegible] ab extra hoc mercata vel nundine peccatum [illegible] hanc [illegible]. Et si [illegible] quod veniunt ad hec prohibita mercata, et si aliqui de aliena [illegible] sciente veniunt, credent in illa excusationem. Quod bone devoti efficiantur. Mercata tamen que fiunt de victualibus necessariis ad diem quantumcumque sollempnem, pane vino et carnibus gallinis anseribus et huiusmodi, non credo esse illicita cum facile propter hiis [illegible] licet hoc [illegible]. Placitum. Nisi hoc exigat necessitas aut suadeat pietas, ut extra e. Conquestus. Unde Exod. xx. Operaberis. Ar. quod operari est in precepto quantum ad dies profestos, quod verum credo. Set

Nota in ap. Set quid de illis qui diebus festis tamen pro Deo arant et cetera.

Nota. Ad hoc autem quod talia licite et cetera.

Nota. Precipuis etiam festivitatibus et cetera.

+ Circa [illegible]

Nota quod operari est in precepto quantum ad dies profestos et cetera.

flectere genua nisi in
duobus casibus. Unum
cum celebratur episcopi
consecratio. Secundo ora
tio clericorum, tunc enim con
secrans et consecrati
[illegible] flectere genua
possunt. Et quia modo con
secrationis requirit.
Aliud cum quis in de
creto ex devotione
vult flectere genua
Extra e. c. [illegible]. Potest
addi tertius casus
scilicet cum ex devotione
quis flectit genua
ad elevationem corpo
ris Christi. quod etiam obtinuit
de consuetudine. De
ieiunio autem quae quaedam
iura videntur pro
hibere. Quaedam non per
mittere. Dico cum So.
quod unaquaeque provin
cia habundet in suo
sensu. di. lxxvi.
utinam omni tempore
ieiunare possem.

distinguendum est inter opera. Quaedam ad alia opera tenentur clerici ad alia mulieres ad alia
rustici. Flectere die dominica. quod tamen dico [illegible] debemus non sonat in prohibitionem de ie
iunio die dominica prohibetur. xxx. di. Si quis. Possumus dicere quod ibi quod in actibus apostolorum
[illegible] et cum eo [illegible] legimus diebus [illegible] et die dominico. Sed
xii. di. illa. Inferius quo ad feriationem. Ex parte illius. Haec lex illa dicitur de vaca
tione ab operibus sed de vacatione a causis. Extra. Et pro. [illegible] licet si commode possit
[illegible]. Credo quod sufficit dispensatio simplicis sacerdotis [illegible] cum tanta
possit esse necessitas et tam notoria quod auctoritate propria possent talia facere. Necessitate
propter quam necessitate liceat operari in festis puto ad arbitrium boni viri limitandam
quam per aliquam doctrinam generalem. Credo autem quod si iacentibus segetibus in agris
aut feniis in pratis vel in vineis racemis aut pluvia quae corrumpat aut de
teriorent multum talia si a solo [illegible] non sit prohibitio domini terrarum illarum ea
removere et [illegible] [illegible]. Carnifices et pistores qui diebus
festis [illegible] ea quae debent vendere [illegible] in mercato vel in stationibus suis.
Et ceteri qui [illegible] victualia in diebus festis si die precedenti non pote
rant commode [illegible] aut parata servare sine periculo non credo quod peccent mor
taliter. Alii autem qui a domino suo compelluntur operari in festis si iniusto me
tu inducti hoc faciunt videntur per necessitatem posse excusari. Qui vero cum de
beant vecturam bladorum dominis suis afferunt ea diebus feriatis ut re
liquis diebus profestis possint liberius commoditatibus [illegible] vacare laboribus
non sunt excusabiles in hoc nisi forte arcta necessitas ad hoc eos compellat. Sco
laribus autem non credo quod liceat grande aliquid transcribere de quaterno in quaternum in diebus
festis. Lectiones tamen suas quas sine scriptura non possent memoriae commendare
vel sermones quos [illegible] aut [illegible] notaverunt scribere credo possunt. Et lectiones li
brorum quos audierunt corrigere. Scribere autem aut conducere opera sua vel
alienas scripturas corrigendo libros diebus festis non debent. Seculares au
tem sacerdotes qui absque necessitate urgente diebus dominicis quod [illegible]
faciunt cum ex suo certo
corrumpant non audeo
excusare a mortali.
Quod autem in vigiliis festivi
tatum feriandum non
[illegible] aut ecclesiae ad [illegible]
tendamus ad ipsum die
[illegible] sunt vel non possent

et angelis [illegible] nunc sua Ambrosio et Augustino. Sed Romae vero se
iunio dabo [illegible] et tu ad quamcumque forte ecclesiam veneris eius morem
[illegible] si cuiquam non vis esse scandalum nec quemquam tibi. Quando autem debeant in
cipere festa vel finire regulariter dicitur quod a vespera in vesperam. Extra e. c.
Quoniam festorum initium et finis iuxta eorum dignitatem et iuxta diversarum
regionum consuetudines considerari debent. Et sicut magnitudo
dierum exigit celebrari sic prius incipere et tardius terminari
debere ex ratione videntur. Extra e. c. [illegible]. Et similiter tempus similiter
processus iudicialis qui in pactis feriatis ob dei reverentiam diebus exactus. Dico quod
non etiam si partes consentiant nisi necessitas urgeat vel pietas suadeat. Et
hoc in diebus expressis. Extra e. Conquestus. [illegible] Et infra inter novas constitu
tiones. Quid si vigeat necessitas vel arare vel fructus colligere in diebus do
minicis et aliis festis propter periculum hostium cum in aliis diebus
caperent vel occiderent eos. Satis videtur quod tunc possit ecclesia indul
gere illis qui iustum habent bellum et qui tanta necessitate arctantur.

Diebus Dominicis

Augustino
Cum Mediolanum [illegible] non ieiuno sabbato.
Nota in textu.
Quando autem debe
ant incipere
festa et cetera.

Quid si urgeat
necessitas vel ara
re. Nota
et textum et capitulum.

operari et aliis festis praeceptis in maioribus anni sollempnitatibus, et tunc si maior appareret necessitas ad victum suum et sustentationem necessariam attendendam, ita tamen ut de illis studeant pro posse largiores elemosinas erogare; extra e(odem) licet. xxiii. q. viii. si nulla. Et quia necessitas non habet legem. de con. di. i. sicut. et propter talem necessitatem famis excusatur et aliquis a furto, quandoque a toto quandoque a tanto, prout maior vel minor est fames. xv. q. di. v. discipulos. extra de furtis. si quis propter necessitatem.

De sacrilegio.

Postquam dictum est de criminibus quae in deum directe ac principaliter committuntur, consequenter agendum est de hiis quae indirecte committuntur in deum. et primo de sacrilegio. Videndum ergo quid sit sacrilegium. Quot modis committatur. Et quae pena sacrilegii. Sacrilegium est sacrae rei violatio vel eiusdem usurpatio. Dicitur autem sacrilegium quasi sacri laedium, quia sacrum laedit. Committitur autem sacrilegium quandoque ratione personae, quandoque ratione loci, quandoque ratione rei. Ratione personae cum quis iniecit manus in clericum vel personam religiosam. xvii. q. iiii. quisquis. Ratione loci cum ecclesiae vel cimiterii eius immunitas violatur. Ratione rei cum res consecrata vel sacro usui deputata usurpatur. Vel secundum Huguccionem ultimum subdistinguitur sic. Sacrilegium committitur auferendo sacrum de sacro. xvii. q. iiii. quisquis. Large tamen dicitur committere sacrilegium transgressor iuris publici quod consistit in sacris et sacerdotibus et magistratibus. de quo ff. di. i. ius publicum. Item qui articulos fidei et praecepta vel prohibitiones dei aut negando vel nesciendo violat et offendit. Item qui disputat de iudicio principis vel

nota sacrum de sacro. sive sacrum de non sacro.

commode transigere diem illum non autem potuerint sine hiis adversitatibus providere, excusari possunt propter necessitatem. Alii non. Magister H(uguccio): si hoc faciant die festo ut vehicula sua et iumenta libere vacent ad cotidiana opera exercenda, propter hoc non credo eos excusari. Credo posse vectores mercium ad nundinas vel loca remota et vinorum quae transportantur ad remotiora loca, cum sine gravi incommodo non possint diebus festivis vacare ab itinere incepto, et quod dico de barbaricis aut minutoribus et vectoribus peregrinorum in vehiculis suis aut in navibus. Et de ferratoribus equorum credo quod possunt excusari si in festis ferrant equos fatigatos peregrinantium propter necessitatem eorum quibus hii operas impendunt. Si autem principaliter propter quaestum aut cupiditatem improbam lucrandi talia faciant, non video quomodo debeant excusari. Illi quoque qui faciunt badilanias suas aut equos ferrari in festis, si aliter non potuissent commode sibi supplere hiis provide, credo quod sint excusabiles viatores et tabernarii si hoc faciant pro pretio suo. Non tamen audeo condempnare si hoc faciant in festis, maxime cum et secundum legem concessum sit iter in sabbato, licet non ultra mille passus, quod appellabatur iter sabbati. act. i. Item quid de molendinis ad ventum vel aquam? Respondeo. Cum absque magna opera bonorum hominum hii molendinorum possint expleri, credo servandam esse consuetudinem regionis non prohibitam a prelatis et sustinendum a talibus in festis feriandis. De molendinis autem quae trahuntur per iumenta credo quod debent requiescere diebus feriatis, sicut et secundum legem non solum homines sed et iumenta vacare in sabbato. Extra. xv. operari. et ad inundationem defendendam fossam facere et muros reparare si hoc exigit vitandi periculi necessitas. Illi autem qui volunt se excusare de hoc quod laborant in diebus festivis post celebrationem divinorum, propter hoc quod audierunt divina, excusationes quaerunt in peccatis. Cum autem et post debeant vacare a talibus, non tamen propter quodlibet modicum opus peccant mortaliter. Ut si forte quis tribularet per viam campum suam aut agrum et purgaret in vinea aliquod modicum quod remansit purgandum propter incuriam, aut reficeret sepem quae in quadam sui parte rupta vel ignata est, quod utrumque laboris aut operis quod possit facere die feriando non est vetandum; ad arbitrium boni viri referendum est.

Postquam dictum est quid sit sacrilegium, quod sacrilegium dicitur sacrae rei laesio, infra eo. j. et causa. disputat revocando in dubium, et si per discussionem aut per maiorem eius decretum illud fiat [illegible]

